


+  
Bien dicen senor Maestro  
que es el amor de los padres  
fuerte, y en desho de desho  
puy del Vientre de la madre  
la agua y es moles to

que hechos apadecer  
decos, y seruitudes  
siempre por Verlos crecer  
en Bienus, edad, Virtudes  
bondad, compostura, y ser.

Tal me trae este Rapaz  
por Verlo perfecto, y bueno  
porq' se siento la paz  
y si de sciencia es ageno  
abra de tombar mi paz  
Cuando al Leon Hebreo

Vera clara La Razon  
de aquete fuerte desho  
y abo que yo siento y veo  
es amor, y inclinacion

A. V. m. sup.  
me aiude en esta ciudad  
de que me hallo tan poco  
quanto bien afortunado  
de ser su siervo el magister



Del Colegio de la  
Compañía de N.  
S. J. de Greg. B.

R. 13183


I V L I I

# Cæsaris Scaligeri

VIRI CLARISSIMI

POEMATVM

PARS ALTERA.



Apud Petrum Santandreamum.

M. D. XCI.






# IULI CÆSARIS SCA-

LIGERI ATA.

**A** Nime, profundi cui patent Poli sedes,  
 Iouisque summi: cuncta qui vides praesens  
 Qua vel fuere, vel futura sunt vsquam:  
 Cum terra monstra contueris, & monstros  
 Pro morte vitam, praerantum datum in pœnam,  
 Pœnam vicissim in premium, in probro laudem,  
 In laude probrum, recta, praua, confusa:  
 Non contremiscis? Anime, quem Deus iussit  
 Agere benignum, simplicem, piuum, rectum,  
 Qualemque te formaui, & reformaui:  
 Non contremiscis: sic ubi vides saeuum  
 Canem minaci iurgidum tribunali?  
 Quis regentem aperta furta latronis,  
 Canis que seus (que cohors) lupos diros  
 Sannis cruentis: disfluentibus buccis  
 Atram afferentes innocentibus mortem  
 Si nulla iriti spes refulserit nummi.  
 Terrisque pœnas sonibus remittentes,  
 Quando efficacia fulserit salus nummi:  
 Anime, expiata infanda qui cupis secula  
 Stringente veritate, cum nequis pœna:  
 Si vera dicis: cui videberis mendax?  
 Mendacibus. Qui persequitur in fontem:  
 Sors persequendus. Quis min abiur iusto?  
 Qui secula facta vult latere, non dici.  
 Quis impudica furta furis absoluet?



Qui ex impudica latro natus est mœcha.  
 Circumfer aurem, lumina, impetum, mentem  
 Terra, æquor, aer, ætheris globus, calum  
 Quicquid Deorum es, siquid es Deos supra,  
 Jam primum ad hæc cruenta vos voco claustra,  
 Ad veritatis carcerem, & bonæ pacis,  
 In queis vetus mortalium sedet pestis.  
 Næque hoc videbis condidisse de ligno  
 Vilem cathedram, qua sibi petat buccas  
 Factum refectum bisq; terq; fumoso  
 Et litigante pauperem rogatorem.  
 Quem fecit advocatus esse mendicium.  
 Hereditarium falsus exterebrator,  
 Adulterator pessimus tabellarum.  
 Maius tribunal cum minore decertat  
 Virtute nulla, vereute sed similitate.  
 Sententiam appellatio refert illi:  
 Ut quæque opus sit, aut reformet, aut firmet:  
 At illa deformata, non reformata est.  
 Tum a iudice ultimo amplius transformatur.  
 Videsne frons perfricata ut impurus  
 Pecunie corruptior, & venenator,  
 Pecunie recisor, & rotundator,  
 (Natus ne pippus, an pater, nihil refert:  
 Nam uterque peior altero esse contendit)  
 Falsis recinctum testibus latus stipans  
 Quatuor parentes creduli fori pilas?  
 Videsne duos filios Hamaxæi  
 Cui millies in minutulo asse conductæ  
 Callent, calentque ferreæ manus plastro:  
 Habere præ se despiciatui Rege?  
 Videsne marmorata tecta Volselli,

Cuius

Cuius recondit post hæc nuda cognatos?  
 Videsne longi stultia iussa Buccæi:  
 Cui salgamata frustra de manu pendent,  
 Et pisculento falsilago de naso:  
 Præfigere arma & ferre mobiles pennas?  
 Videsne pessimum omnium trifurcatum,  
 Aviti aratri, patriæ artis oblitum,  
 Qua baiularet semitarius fasces,  
 Crepare bella, regna, sceptrâ, fortunas?  
 Regina virgo, sponsa regis immensæ  
 Intacta quondam, pura calitum consors,  
 Nunc triplicis admirata belluæ cultas  
 Horret cruenti contumaciam vultus,  
 Seseque fucis obsitam meretricis  
 Abominata, spurca se nec agnoscit.  
 Hos præterire si tibi magis cordi est:  
 Sese offeret pro his unus omnibus Sculna  
 Qui flagitiorum castra solus opplebit.  
 Qui nunc calenti sole pendet in furcis,  
 Qua belluosi feruet arua Neptuni,  
 Donatque curuo luna portui nomen.  
 Nam persuasum est omnibus Palatinis  
 Apparitori, nuncio, viatori,  
 Surdo, nisi pecuniam feras, scribæ,  
 Vnam nec esse pendulo satis furcam.  
 Periturorum ludus, & scholæ, testes  
 Tum commodato vel dati, vel accepti.  
 Si tibi videre plenius placet, cernæ  
 Ludimagistrum, frontis horridæ hirsutum,  
 Et semidoctum padagogulum argutum,  
 Qui pernicaces rixulas serens virget:  
 Sive ille Caluus, sive tetrior Caluo,

A a 3

Qui Horatii plagosior magistello est,  
 Quas ille dederit, aut domi, aut foris turbas.  
 Inde ater assentationis, & stupri  
 Mendaciorum turpis aulicus manceps:  
 Vnde ore duro, fronte saeuus obstipa  
 V lricibusque iure debitus furcis  
 Fur, versipellis, Prado, mango, productor  
 Olim faceto notus Imperatori,  
 Fuunumque vendens interemptus est fumo.  
 Nonneque medicus Pergami disertator,  
 Cui lingua melior arte, quam suam iactat:  
 At febris illum, & lassitudo delusit,  
 Et sesquiteriana ridet, ac fallit.  
 Tum dura cauda septimana quartana,  
 Et delicata podagra, miles inuictus.  
 Nam e soluilumba Venere, soluilumboque  
 Baccho creata est soluilumba chiragra.  
 Non metuit Hectica, aut diurna, non errans,  
 Non qua reuertit, quaeve deficit, quaeve  
 Crescit, nec vno qua tenore contenta est.  
 Ergo sat est, si sericam trahat pallam,  
 Epomidem circundet, in tonet raucum,  
 Toruumq;, quale pedagogus illius,  
 Cui mundus vnus haud sat, & nimis tandem est.  
 Elata pompa talis Archiarorum,  
 Fastidioso cuncta qui legunt nutu,  
 Lectisve abhorrent iurgido ore, contemptim.  
 Quos sequitur atro concitata mors telo.  
 Dic alchymista folium voratori,  
 Quem qualis impostura crebra ditauit,  
 Auriflua cum pauper arte sit factus,  
 Lenior qui, in maiorque folle, ventoque est

Cedat

Cedat pudori iura veritatique.  
 Crumenimulgus stultioris atatis.  
 Auro ille nunquam, semper at fame pallens.  
 Nam qua via, qua oratione, quo vultu  
 Aurum poposcit, qui dauurus est aurum?  
 Qui poscit aurum, pollicebitur aurum?  
 Pro premio aurum poscis, & crepas aurum?  
 Hic ergo, cuius e metallica vena,  
 Qua Cassiteridem sudat, aut Molybdenam,  
 Lithargyrum, aut Hydrargyrum, aut Sideritum  
 Profitebitur, iurabit, assenerabit  
 Iri excitatum lucidas notas auri,  
 Fronte impudenti, & plumbeo planus vultu.  
 Quoties beatum dixit esse, qui nullam  
 Decempedam expedit agrimensori,  
 Tantum redemit insolentia, & fraudis  
 Quisquis ingatos vitibus domat colles  
 Fossore, vinitore, pastinatore:  
 Cum saluatiim palmitis modum pangit.  
 Aut arcuato duplicat pedem Mergo,  
 Propaginesve ducit obsipans longe, ut  
 Annicula in nepotibus reformetur.  
 Bipalio, aut lignonibus scrobem deplens,  
 Vt cochleari compleat sinum preli  
 Aut ad secundas pemna proferat mensas,  
 Sapidum Lyei vitreos glumos Patris,  
 Conditiasve, aut pensiles ferens vnas,  
 Quae rore tepido laticulis recentantur.  
 Quare exputando diligenter obseruat,  
 Ne delibretur Mater, at recidatur  
 Focaneus, qui exuggit & relinquatur  
 Protuberans furunculus, sui custos

A a 4

*Fratris, senecta etate si sit effectus.*  
*Miser ipse, Aquilonia flabra si gelauere.*  
*Tum ut quisque velticulariam colit vitam*  
*Nos istius disperditi monet mundi*  
*Sicariusque, furg, latroque infamis,*  
*Quorum taberna nunc triumphat, & ridet.*  
*Qualis cohortis de cohorte desertor*  
*Arctas cruentis obsidet vias telis.*  
*Commilitonis erro proditor sidi*  
*Somno stationum, peruigil toros seruans,*  
*Quos inquinauit putidus maritales.*  
*Nam capitali illi sobrie, modesteque*  
*Consulere, facere, cogitare, sentire.*  
*Deuigilator, mœchus, atque grassator*  
*Impune, commiuentibus polo, & terra*  
*Aes diruentes, ere diruti non sunt.*  
*Ah conscio, ah fauente: particeps dicam,*  
*Particeps dicam extortionis, ac prædæ,*  
*Qui illos bonos facere, esse & ipse debebat.*  
*Mille imperans larrunculis: vitiiis parens*  
*Non ipse mille, at seruiens simul cunctis*  
*Quot sunt, quot olim eruntve, quot fueruntve:*  
*Quot esse possunt, & quot esse non possunt.*  
*Is, qui vorauit cum penn, horreum, cellam,*  
*Vastauit auibus gurges igneus cortem.*  
*Stipem recepit vnã & alteram, ventum*  
*Ad prælium, eneator ire cum clangit,*  
*Tum parmulam eiurauit, & sacramentum:*  
*Ah deprehensa, ah ex baltheatio tarda.*  
*Ah tarda castigatio, ah meritum mortis.*  
*Quæ ignominia, quis sanguinis feri missus,*  
*Quæve decimatio esse iam satis possit?*

Tum

*Tum parricida, qualis ille venosus:*  
*Is qui necauit lurida fame patrem*  
*Famelicosi qui Lupi gerit nomen.*  
*Et ore Carbonarius fauilloso*  
*Miserum alchumisten ore qui representat.*  
*Cum buttubatis vinctuli balatrones,*  
*Quorum referta ructibus calent aula.*  
*Cum ganeone lurco, cum catillone*  
*Tuburcinator, glutto, glandiorumque*  
*Dira parasitus pestis. Ah vaser Gnatho,*  
*Tu, qui culinam, haud principes adularis,*  
*Palpatione cordium venenator:*  
*Resurgat e caligine infima Ditis*  
*Erisichthonis strigosa nox fame inuita.*  
*Tuumque inanem ingurgitetur in ventrem,*  
*Vlrix seuera veritatis, & lucis.*  
*Hem, simulat esse se, efficit alium insanum.*  
*O blanda pestis auctioris ætatis,*  
*O indolis mors, atque stemmatis dira:*  
*Virute nulla, opinione qua turget,*  
*Odii monentem vera, falsa sectatur:*  
*At nec seipsam capere iam potest votis.*  
*Non deserit natura, quas notas fecit.*  
*Adsunt sibiipsis, & latere paulisper*  
*Possunt, abesse propriis nihil possunt.*  
*Crispus proteruus, sordidus recaluafter,*  
*Varrigue compernesque, valgi, vacci,*  
*Plancusque, plotiusque: tum catax, falco,*  
*Aqualico tarditremuli popæ, listæ,*  
*Manci, petrones, coclitesque, varrones,*  
*Flacci, nerones, gibberique, strumæque*  
*Strigontibus commissa turba coxonum,*

Pati, strabones, silo, simulus, chilo.  
 Furambulus, sciomachus, andabata, sutor  
 Nacca, calones, caprimulgus, ambactus,  
 Cuniculariusque, & Archimandrita.  
 Quisnam putaret pessimos aratores?  
 Sunt pessimi, sunt pessimisq; peiores,  
 Sub simplicisque penula duplex mens est.  
 Non te malus fefellit? ergo nesciuit,  
 Non noluit, sed nolle fecit haud scire.  
 Cobi monile qui meretur in furcis.

Tibi ecce vero stricta laeua succinctus  
 Sub rete curuus, copulas manu crispans.  
 Venator, vnus Graecia magis tota  
 Mendax, magisque noxius satis, quam sint  
 Brucum caeterum mille, mille camparum.  
 Seu vertagus sagaciter mora pollens,  
 Seu falco passis vortices rotans pennis,  
 Cuniculos, lepusciculosque captiuos,  
 Aut harpat, aut in tortiles plagas trudit,  
 Vetus ligna, ligna, siue carbones  
 Hero iubente, aut nesciente, nil refert,  
 Furtim amputauit, quae palam gerat venum  
 Custos recisæ saluarius siluæ,  
 Qui plus eget custodis, vlla quam mœcha.  
 Sub indice, heu, furace cui licent furta.  
 Iam cautionibus inserit suis fraudes,  
 Quas machinatur expeditus impune.  
 Auior Moriola, defruti, atque Murrhille  
 Aromatita cum sapa, Turundarum,  
 Lucanicarum, spex abonis, hillarum.  
 Qui cum botellis farta quique tortillas,  
 Quisq; enchytum, ermeumque, seu globum, aut spiram:

Fictorque

Fictorque, laua, ac dexiera simul formans  
 Libum, rotellas, fundulum, exta, ficatum,  
 Bellarium, coceta, iannual, ircens.  
 Conitum, subuculum, tortulam, atq; pastillum.  
 Pipere, atq; oryza, densa farta, M amphulam.  
 Diale, summanale, siue quod poscit  
 Altellus, aut Graduuus, aut pater Ditis.  
 Qui crustularis calda iura scriblitis  
 Clamore magno raptus indicat paruo, &  
 Spurco popello scruta vendit immunda.  
 Et quo sinapis lacrymosa versatur,  
 Qui frustulatum dissecata frictillat  
 Durata terga lacrymoso item fumo.  
 Et pisculenta muria odoris inuisiti,  
 Quem non Garumna elueret, aut celer Renuus,  
 Late aut vadofus Ligeris, aggerofusq;  
 Stagnansve laxa Nilus inuius ripa.  
 Rubiginosas horrei seras pandi  
 Auara Dardanarij manus stipat,  
 Ne distributa annona vilius currat:  
 Pro rusticano, pro labore ciuili  
 Voluptuosos ducit, & dies mœchos,  
 Sub culcitra in triclinio obruens curas,  
 Ciborioq; pleniore lasciuat  
 Parochus, vocator, umbra, Rex, pitissator,  
 Gustator, obsonator, & coquinator,  
 Fugaq; dispensator, & pater furti,  
 Expensa referens, quae coemerit nunquam.  
 Quod concipilatum summanauit, & carptim  
 Diecula vna scripta foeda compilat.  
 Post ere tensum imbulbitauit excludens.  
 Causue rasit vnico auferens puncto.



*Aue tibi lubricarum pictus ordo chartarum,  
Structor, parator, panifex, placentista,  
Cellariusq; vinolentus & crudus.*

*Qui quid sitis sit (nomen excipe) ignorat.  
Catus pericla praeuenire. Tum promus,  
Sive ille promus, sive condus est idem.*

*Vix quod videbis, crede, si recepere  
Ad se, recepta deinde, si redemere.*

*Curuus puicarius, aquilex, aqua ductor:  
Aqua infima librator, atque cisterna  
Eviscerator infimi specus montis*

*Pallens metallo concolor repurgato,  
Cuius nitente luce cuius Abdera est  
Cacatus olim. Nunc miserrimi testes,*

*Ab quos minutulo ere Struma corruptit,  
Qui sarcinas, nisi cauebis, aueriet,  
Cui uncinatum tergus aggerit fasces  
Contra ingruentis impotentiam bruma.*

*Eludet, & ridebit ater elusum  
Opus operamq; seruus integrans, suadens  
Vt iubilando luxque noxque ducatur*

*Ientaculorum venditor merendaq;  
Qui lacte, caseoque, sive butyro,  
Sero, cremore, iunceo colostrato  
Ieiuniorum tedia & moras rumpit.*

*Mittunt seuera studia, tetricum vultum,  
Erosiones unguium boni, & docti  
Animum relaxant otio, ioco, & ludo,  
Popularibusq; pinguis, & nitens damnis.  
Veterator, & collisor, ampliatorq;  
Prauaricator, atque ierguerfator,  
Et qui diem diffindit, & diem tollit,*

*Procrasti-*

*Procrastinator lenius in perendum,  
Vtilingator sub Canicula natus,  
Vt saeculi incestaret aurei pacem.  
Nam quatuor fuisse fertur atates,  
Priscam illam ab auro, dein secundam ab argento,  
Ab ere tertiam, ultimamq; sub ferro.*

*Ab negligenter lingulacam omisere,  
In qua malum esse iam precij in locum ceruis.*

*Cum est testibus paranda tota res falsis.  
Ab ab voratrix falsa lingua pupilli.*

*Ab deuorata vos spei latratores,  
Queis impiorum vita comparata aufit  
Se dicere atque Lelij atque Aristida.*

*Vae vae tibi, qui candidam vocas noctem,  
Vae qui diei lampadem tenebrosam,  
Noctem diei nomine, & diem noctis,  
Album nigrum, nigrum albicans: decus probrum,  
Probrum decus, nos probra lucis & vita.*

*Qui syllaba merumini integrum regnum,  
Vos metietur ultime via iudex  
Quem scistis, & nescistis, & recusastis,  
Iurastis, atque peierastis: & vultis,  
Nec vultis: & timetis, & fugitis frustra.  
Vester Deus vos damnat, alter absoluet?  
Vestee Deus pecunia, aliter est verus.*

*Nec melior his, sed peior, aut prope equalis  
At peruicacie fere luens penus.  
Nam nudus, atque inanis, & fame tabens  
Durus sophista, conuimax, leuis, vanus,  
Ficta aspidinam mente cum vibrat linguam:  
Tum ringitur fallacis redargutus.  
Nanq; estuosis implicatur euripis,*

Dum querit irritere quicum habet pugnam  
 Acidis superbus turgidusq; fermentis  
 Ipse ab canillis impetitus, elusus  
 Capite obuoluto e circulis fugit ronchos.  
 At is vel ipso de Luetia fonte  
 Fallaciarum flumina ut bibat cuncta  
 Non ille fallet orbis intimas aures,  
 Auresq; corg; quominus puenit Sculnam  
 V llo nequire iudice a bono absolui.  
 Iam qui pauitor strata panda concinmat,  
 Qui silicis orbes malleo graui rumpit,  
 Qui tergus atrum sordido irahit dente,  
 A scaulus, atq; tubicen, atque Tymbaulus,  
 Choraulus, atq; hydraulus, atq; physaulus,  
 Atque lyricen, atque siticen, atque tibicen,  
 Et Cantor, & clamator, & lenis psalties,  
 Que Musicorum turba temulentorum est,  
 Vacui choreas ductitare contendunt,  
 Pollinctor, Ambubaia, cerdo, vesfillo,  
 Qui vultures cadaueri imminent fædo,  
 Hi sacra rapiunt, nulla dant, sibi viuunt:  
 At non sibi moriuntur, at sibi regnant,  
 Sibi popinant, sibi viuunt, sibi stertunt,  
 Gracantur, aleantur, obbouinantur,  
 Scorebrioludicolapopinones.

Qui fartor, & qui fertor, & qui oberatus,  
 Et qui aleo, & qui belluo, ambulatorque,  
 Bonis suis qui nuper abliguritis  
 Hereditates persequuntur, & lites:  
 Toriorque, carnifexque, quos timet Sculna  
 Expertus alterum, alteri reseruatus,  
 Tum patrimonij lancinator, & gurges

Decoctor

Decoctor, expilator urbis, aut fisci,  
 Reiq; publica, reique priuata,  
 Quales superbo marci di ore questores  
 Gemonijs parisius pependere.

Et pulte plenus baiulus & aqua pallens  
 Seu Bergomas, seu perfidus Briantinus,  
 Qui artocreas labente stipat anguilla,  
 Et casei plus deuorat Placentini.  
 Quam ex pernione, ut largius bibat, Bascus.  
 Quauquam ad bibendum pernione opus nil est.  
 Nanque ratione hac Basculos vides multos.  
 Vel Celtiberum, si nihil sui impendit.  
 At si teruncium astet erogaturus,  
 Nil esurit, ni hil esurire iurabit,  
 Nihil sitire, in prandio esitauisse.  
 At postero si ad prandium die inuites.  
 Ientatus astra iuret esse se crudum.

Pluteos replexos pactus, atque loricas  
 Quo infferis, de more, corporaturum,  
 Fallet, fonebunt iudicesq; fallentem.  
 Qui parietem de cratribus struit spissis,  
 Paleaceoq; delutat lutamento.  
 Qui plinthiumve, qui ve lapide quadrato  
 Qui ve rediuuio, qui ve opere nouo cudit  
 Palisve sepiit asserumve compage, aut  
 Opus aceratum, quo obstruat notas inter-  
 gerrimus, aut si quis publica est via iunctus,  
 Cretaceis eromibus latus farcit,  
 Aut ere vincit, subleis que compingit,  
 Ferruminans creta tenace, gypsoque  
 Vrentis amolitus impetum bruma.  
 Sic Franca trullissatio premit rimam, ut  
 Plus frigoris forte ipsa, quam gelu franet.

*Quare ex acutis densa tecta caretis,  
 Aut spongiosas de puri storias ulua  
 In caritate nemoris hieme substernit.  
 At imminentes strigis, & gelu crudum  
 Septemq; nata sub Trionibus flabra,  
 Branchum, & coryzam subuehunt calbarrumq;  
 Atq; medicellos in malam crucem ditant.  
 Qui meniana amœna, quique protecta  
 Qua in publico, non publica esse dicantur.  
 Theatra, templa, sariatecta contignant  
 Cavadium, cœnaculum, horreum, postes,  
 Antas, columnas, capiuula, mutulos, inter-  
 Pensua, quæ pro fibulis capi mandant,  
 Qui Cæsaris de ponte conferunt nugas,  
 Tuscanicum, nauale, porticum, ualuas  
 Rudes agresti rusticas casas culmo  
 Fulcit salignis, vel sapineis tignis  
 Aut pineo columine, laricinog;  
 Tibicine, aut iligneis columnellis:  
 Ne more turdi sub tenu ruinoso  
 Simonidæ artem memoria petant frustra.  
 At notiones artium, notas primas  
 Tu credis emendare? fulleris credens.  
 Aremoricus huc insulanus è fossis  
 Grumos salinis congerens salinator  
 Terram sali addidisse nuper inuentus,  
 Salis ex aceruo ut foret aceruus in lucro:  
 Sed macra detestatus ora Garumna  
 Furcam neolcis imprecatus est pigris  
 Ipse imprecatione dignus & furca,  
 Cui ne putrescat alta furca sub diuo  
 Testudinatum fornicem decussauit*

*Qui tegulas Vulcaniis coquit flammis;  
 Se condituros peccinara sub tecta  
 Dixere & imbricaua se esse facturos;  
 Qui puluerosa concuuant subæ siros.  
 At qui siros collegit, ut liget sparto,  
 Sparto, aut genista, aut cannabe, aut ligo, aut lino;  
 Verriculumque appellat, & locat vili,  
 Sese vltro aut flagella complicaturum;  
 Quo præuias suspendio luat pœnas.  
 Periculorum oblita quæ facit bellum,  
 Factorum ob illud, imminetorque votorum;  
 Laxat laboris otiosa compages,  
 Diesque latos cura quiete decedit,  
 Mutans choreis mortis & fuge luctum:  
 Seu Luna pernox, seu Diana sublustris;  
 Seu Noctiluca, seu Truua vocari vult,  
 Cannabaceos quæ cortices cremat virgo:  
 Qui mos Liguribus est ab vsque Taurinis;  
 Et cætera accurrare iam iubet calum,  
 Secura vultus impetumq; Fortuna.  
 Cæse monetam sellularijs credas  
 Ante inchoatum, quicquid ille promisit:  
 Nam duplicem artem callei hoc genus monstri,  
 Sic præter hanc, quam publice professi sunt  
 Tum mentiendi, tum recepta fraudandi,  
 Omnes recense, vel sit artifex primus.  
 Tum qui nitenti lambit ascia palas,  
 Et qui securi radit ilicem aut cornum  
 Opulum, aut berullam, aut arbutum aut alaternum  
 Secespita, aut bipennula, aut dolabella.  
 Glubit bacillum, transtra, succulam, furcam  
 Robustearum fascias ridicarum,*

Contos, dolones, iacula, lanceas, byssa,  
 Venabulum, lagobolum, pedum, fiscum,  
 Rutrum, canalem, miliarium, qualum,  
 Mortarium, pistilla, coculum, auxillam,  
 Aut cochlear, aut simpulium, aut truam, aut bennam,  
 Salila, postilenam, vterculum, mulctram,  
 Fideliam, gemellar, orculam, capsam,  
 Aut pessulum, aut pauculum, rudem, clauam,  
 Clairum, cylindrum, characem, sidem, suram,  
 Infundibulumve, aut cirneam, aut scyphum, aut obbā,  
 Gutium, sciellam, siue pollulum labrum,  
 Amitem, sibirium, ploxemum iridentemve,  
 Sinum, baculum, mamphur, & varum, & mergum,  
 Scapos, labella torcula, acidem, scalmos,  
 Dentale, burim, vomer, & iugum, & stiuram,  
 Armillulasq, lingulasque subscudes,  
 Et scandulas, & lanculam, atque festucam,  
 Stylos, scamillos, ostium, antepagmenta,  
 Tolone siuulam pendulam, atque arutenam,  
 Verruculamq, manuleam, rotam, pinnam,  
 Radium, modiolum, tympanum, sparum, rynnā,  
 Parastadem, axem, sibilam, apsidem, acerram,  
 Manuale, gustatorium, stibadia, ansas,  
 Accubital, aulas, abaculos, tripodes, quadras,  
 Cilibantum, & assidelam, & exhedram, mensam,  
 Striat columnas, excavatque opes tignis.

Proserpina trinuminis ferunt matrem  
 Post munus hoc telluris e sinu exortum, &  
 Nunquam satis laudata messis iuuenta,  
 Mortalium qua contulisset ad vitam,  
 Tulisse leges, sustulisse bellaces.  
 Ex hoc receptam cali in intimas sedes

Audisse

Audisse vota, hausisse thure suffitus.  
 Ergo retusis lumbis cruce in summa  
 Cervice fracta quum videt ferum Scribam  
 Pœnas dedisse, ridet. & probat iure  
 Se Thesiphoriam, equalitatis auctorem.

Ad mulsā dulce sedulus gerit domum;  
 Qui purgat aluearium: eximit mella:  
 Propolim recondit: castrat alueum fumo:  
 Examen arceat Thessalo ere dispersum:  
 Prensū reponit. Ariam quatit creta:  
 Papilionēs hordeariis pellit:  
 Spargens amurca tum nitro necat vermes:  
 Coctam flagello, aut tribulo ut terat messem.  
 Vinaceos repurgat, ut bibat passum.

Omotribes recolat: eicit sampsas:  
 Flores, fracesq, condit in globos igni,  
 Ut de trapetis unguen exprimat purum.  
 Quo rectius flagitia terra pendantur  
 Falsariorum testium, magistrisque,  
 Rubiginoso detrahāt situm vecti  
 Equus statera, cui renititur nutus.

Contra excitatur alius are furcivo,  
 In queis balances imparesque, claudasque  
 Nequam iugat, placere quo queat Sculna:  
 Sicille vulpinator occupat cunctos  
 Tabelliones, copiarios, scribas,  
 Pecuniosos, pauperes, mulos omnes,  
 Paucos honestos, atque iura tutantes,  
 Ne exhauriant præcepta perditū monstri.  
 Fuge fuge, sese si tibi propinquarunt.  
 Blanda impudenter virginalibus lectis  
 Pediculosa, laruula, cucullata

Tortiora, tortianimæq, torticollig,  
 Applauditores, clancularij mœchi,  
 Atque viduatarum adium voratores,  
 Atque viduatarum adium repletores.  
 Cælestibus pro canticis, pudicisque,  
 Nunc condidere cantinuculas turpes,  
 Tonsi puelli, mœchuli capillati.  
 Galantur alie gressibusque pavonum.  
 Timentque curra commouere subsulim,  
 Sed fluctuante femore semper alternant:  
 Pexum digitulo qui caput scabunt uno,  
 Ventosque metuum plus tritemicis velis:  
 olisque ad umbram stricta latera componunt,  
 Et sericati lora calcei spectant,  
 Humo infima excreate dum volunt credi,  
 Pudoris alieni proci inuolatores,  
 Axitiosi, puidique riuales:  
 Qui versipelles noctibus vias verrunt:  
 Bini, gregales, more passerum priui:  
 Ne quis nefandum conscius stuprum vulget.  
 Væ qui puella simplici, atque diluta:  
 Graues labores narrat, & leues curas.  
 Suspiciosus lacrymans, gemens, amens,  
 Oratione vinula, venustilla:  
 Consciscere sibi interminatur & mortem  
 Ni detur alto quispiam locus voto.  
 O straba, supina, stulta, cæca turbella,  
 Quæ transilis in alterum tui oblita,  
 Cuius me ipsum principem licet dicas:  
 (Nam me furoris istius ducem, ac patrem  
 Furoris, atque insania mera & crassa  
 Primæque postremaque classis agnoscis,)

Jam te mala ætas, curua, tremula, derisa,  
 Ostendet vnde veneris, ubi sis, atque  
 Quo debeas migrare, quove diuertas.  
 Mittunt auaras sordido e sinu lues,  
 Vt splendidata in purpura saginentur,  
 Hereditatis pauperis voratores.  
 Quibus proterua sorte nunc super nos est  
 Summa libido summa cum potestate.  
 Et obstupescunt tartari nigras pestes,  
 Quas dictuarunt posse se resignare,  
 Et claudere, atque exurgitare Cocytum,  
 Suam Charybdim si refuderint contra.  
 Quos despicatos, præque se parum doctos  
 Ad implicandas conscientias vita  
 Vocant proterui, & arte liuis irrisa  
 Rixas fugant, amystides iubent duci:  
 Dein repleri, quas inaniant, cuppas,  
 Vices vicissim mutuas propinantes  
 Barbigeruli lenunculi, james urbis.  
 Ast hos ocellis contuentur obliquis.  
 Quippe inuidenti, quod improbos vident lato  
 Siccare florem liberi quater trimi.  
 Siticulosa anicula, senes rauici.  
 Queis pulmo dulci pendulus natat vino.  
 Loquaculi, morosuli, senes, casca,  
 Etatis appetentis oblatratores.  
 Tussiculosi, edentuli, foriolosi,  
 Meribibuli, pronaripenduli, hircosi,  
 Qui subligar deambulando permingunt,  
 Miseram iocoque serioque lodicem  
 Si tuta non sunt subligacula his. nanque  
 Campestria in his vocare qui abstinent campo

Inq; otiosis tinnunt seliquastris,  
 Et perditis vocabulis ineptire,  
 Abite abite, sat superque vixistis.  
 Potastis, incusastis herniam, & muccos.  
 Minxistis, enomistis, sextacastisq;  
 Silicernia seniosa, quisquilia vita,  
 Pontis verustum qui facitis leuem morem.

Hæc rota turba terra facta constipat,  
 Etatis aut virilis aut senescentis,  
 Aut dentientes primulum dolorose.  
 Iccirco cunniensis oſeitantisq;  
 Aut qui relictis nucibus, & trochi ludis,  
 Proteruorum iure pedagogorum  
 Minacis horret iussa frontis, & nutum.  
 Seu cui metalla tinnula, & leues pupæ  
 Fletus recentis ora rore siccarunt,  
 Cum vagienti molliterq; lallanti  
 Dant fabulose blasa verba nutrices,  
 Aut lamiam minantur, & feram Empusam,  
 Oscilla tridunt pendula, atque Manducas,  
 Furno cientes murmur in penetrali,  
 Ipsullicesq; cum crepundijs motant.  
 Pappamq; mansam, & fumidas buas lingunt,  
 Et Esca Edusam, potione Potinam  
 Placant, ut acres fascinos auerruncent,  
 Cum queis decebat, o, capere cibum Strumam,  
 Imbulbitata cum manu terunt pulicem,  
 Et quisquis inceptarit hircquitallire,  
 Imis medullis ossa cui calor stringit.

Totusque sexus ille, quo louis nutus  
 Furta vltus arcet calitus Promethæa.  
 Seu nendo fallit otium, & gelu noctis

Deumque furta cantione mentitur,  
 Carpens iniquum pollice humido pensum.  
 At blana stillat ore piuitiosa,  
 Quam basiare nec obolens velit pastor.  
 Seu figit aprum brachio expapillato,  
 Qualis Camilia, seu Bruomartis, aut Hippo.

Postquam pependit sauius ad irabem Sculna,  
 Erecta vidua & vluonis est in spem,  
 Que destituta patrimonio antiquo,  
 Mærore luctibusque consenscebat.

Astant roganter: ecquis hic videt Scribam  
 Scribæque mancipem V lmeum Tolosanum,  
 Qui liliato fronte nunc legit conchas?  
 Frequens edonum turba, combibonumque,  
 Hinc linteones, inde carminatores,  
 Hinc pelliones, inde marculatores,  
 Campforis, argentarij, trapezite,  
 Tabulata firma, atque asseres coassavit,  
 Ut, quæ Senatus egit, acta seruariet,  
 Seruata comportaret ad manum Regis,  
 Et qui cousinno, ploxiemoque, carruca,  
 Petorruto, plostellulo, atque carpento, &  
 Reda furorem perfugit Segestanum.

Iam funebrem contexit, & suit vestem  
 Cui trama tegmen subius accipit, datque  
 Insilia dum vicissitudine arguta  
 Ad liciorum suscitata sunt niuum.  
 Pro caltula, aut crocotula, aut sago, aut palla,  
 Aut supparo, aut subucula, aut strophio, aut lana  
 Tum capitio, tum castula, aut perizona  
 Quam Cinxie Thalassio tener donat,  
 Leni pauentem virginem manu mulcens.

Quid claudicante hic carmine aut debinc dicam?  
 Quod Iſiciarii excuient rudes murmur?  
 Sepaceiue luminis rotundator,  
 Virariusve turgidis rubens buccis  
 Cum sulphurato sulphur ore vendente,  
 Cum fœde olente ſalgomario Auriga,  
 Qui retibusve lineave piſcatur  
 Thyarove caſei unguem adſoporante,  
 Barbarulos cucurbita ferens piſces.  
 Qui falce opaca roboreta conlucat.  
 Qui cedit iliceta, tondet arbuſta.  
 Scindit ſaliſſeta pro iugo aut pedamento,  
 Qui doliareſ vimine alligat circuloſ.  
 Ephippij magiſter atque clutella.  
 Qui ſtramen indit pro tumentre fulſtura.  
 Et qui lupatis Gallicis equum frenat.  
 Qui bubalorum nare fingit amielloſ.  
 Qui culcitam transportat ad nouam nuptam  
 Inferciens Goſſyppio atque iomenio.  
 At pectinum dentator, atque raſtrorum.  
 At vomerum poliſtor, atque aratroꝝrum:  
 Atque enſium conſlator, atque lammarum,  
 At leuigatoꝝ cornuum, atque laterna.  
 At tardo aſello, doſſuario, auruito,  
 Plagipatide, tardigrado, pigrilumbo  
 Nonacrio, aut Aruernico, aut Reatino  
 Romæ Albulam, Ferrariæ Padum vendens.  
 Qui clamat effecturus, & facit, raucus  
 Secare vel ſecante cote culicelloſ.  
 Qui lunat arcuſ, dirigit ſagitte vim,  
 Tormenta curuat, ſcorpionibus ſeuit.  
 Sed nomen, artemque haud ſcit ipſe balliſta

Pro qua frementiſ horridoſ tuboſ bombi  
 Excogitauit Orcuſ, atque moꝝſ dira.  
 Aſt inter omneſ diligens, uigil, perpeſ  
 Adornat ornamenta, ne in loco deſit,  
 Qui machina rotante complicans reſtim  
 Tomiceſ ſupino pollicis ferit flexu.  
 Torquet rudentem, ſila, neruias tendit,  
 Prore aſtipat tripliſi trahentis nexu  
 Vincla apparat præſepibuſ capiftratiſ.  
 In tempore adueniſſe ſerio iactat,  
 Ne ſe ueneno ſubtrahat miſer noxa.  
 Qui circulator Mithridaticuſ offaſ,  
 Aut viperinoſ callida arte paſtilloſ  
 Fuliginis mentitur, aut picis maſſa,  
 Mendace longe plura uoce promittentis,  
 Quam reguli e Vaſconia, aut ab Epiro,  
 Cum blandiuntur quippiam petituri.  
 Sic facere uino cum nouo Meduſirina.  
 Diſpeſcere, & iubebit hic pecuſ. dicet  
 Sanas futuruſ cum ſuibuſ oueſ, capraſ  
 Porcaſque neſciendęſque ſoſpiciaturum  
 Boneſ, caballoſ, reliqua cuncta, maſialeſ,  
 Grauedinoſa pecora, torminoſa ſanque  
 Tauram iuuenſcam, buculam, bouem fordam,  
 Taurum gregalem, ſegregataque armenta  
 Hirta, aut glabella, criſſa, tonſa, ſubuuſa.  
 Sana, inquit, & ſalubriſ, & ualentiſ ualde  
 Medialiſ, & que præque ſubque cedatur  
 Iduliſ, & nonaliſ, & calendariſ,  
 Depubiſ, & prouectuſ ad manuſ & cuitrum,  
 Amburbialiſ cum ſoloce paſcaliſ,  
 Sectariuſ, quem principem uocant cilum.

*Ast ipse princeps optimus poetarum,  
 Nec iam timendum ut amplius remorbescant  
 Monotocos apica ambegna, reicula, corda  
 Quas antea infestauerat, nec aratro  
 Obstipa ceruix, alius incita, aut dura.  
 Nam pantices sunt lleique letales.  
 Aut lassitudo fleminum grauis mater.  
 Aut sanguinalis naribus fluens, gutta, aut  
 Subula, quod auris transforata curauit.  
 Nil obscuram purilaginem mulis  
 Tabem, furoremve, coriaginem, strumam,  
 Aut purulentum, aut sanguinarium ptyisma,  
 Petimoniaque atque verminationes, ut  
 Ascaridium vel ceterum rotundorum, &  
 Quos longitudo porrigit colubrina,  
 Nomes, gemursam, gramiam, boam, Bechem,  
 Morum, mariscam, calculum, rauim, celen,  
 Mentiginem, impetiginem, veternumve,  
 Vliginem pulu, unculum, ferum morbum  
 Aquatilis mallonis ungule ozæna,  
 Grauisque casus fonticum, & grauis vocis  
 Et ramicum, & bubonium, & tagam & physam,  
 Porriginem, coxendicem, fauum, ficum,  
 Lumbaginem, intertriginem molucrumve  
 Blateratque mille mille nominum, plusquam  
 Habet bimater & bicorniger Bacchus  
 Bonum venenum proebrum malum. Quid non?  
 Collyrium, malagma, causticum emplastrum,  
 Pecunia emunctoria, & modi eiusdem.*

*Subiecit orbes Trochlea ac globos imis  
 Pedibus, professus, & nouaculas plantis  
 Vel sic fugere sese impotentiam Strumæ*

*Scribaque, praesidisque liliograpti.  
 Miraculo spectantium insilit murum  
 Tichobaticus lenis, & lenis petaurista,  
 Qui plus meretur funis atque calcauit.  
 Nouum recusat drama, quippe seruire,  
 Impune taciti quo mali faciunt nequam.  
 Vt usque poscit liberum, ac mera frontis  
 Cuius notabit veritate Strumastros.  
 At inter actus edet agoranomus ludos,  
 Munus choragræ, planipes, palastrita,  
 Et cordacistes, emmeles, scinnista,  
 Mango, atque alipta, gymnicus, pugil, cursor,  
 Quinquertio iactator aut globi, aut disci  
 Bigary, trigary, quadrigary,  
 Prasinus, venetus, ruffatus, ater, albatas,  
 Et quos equus funalis applicat curru,  
 Mirmillo, cacula retiarius, lino  
 Qui Lesbicam acer emulatus est pugnam,  
 Huiusque mortis institutor infelix  
 Lanista corruptela lucis humane,  
 Nulloque durus fulgido ense commuens  
 Cetratus, atque lancæarius pyetes,  
 Clypeatus, & peltatus, & sarissatus.  
 Imaginem circumtulit macram Scriba.  
 Padoreboia carcerisque squarosam,  
 Vt abstinere discat a malis vulgus.  
 Encausticarius, figulusque sculptorque, &  
 Plastes tenacis turbinator argilla.  
 Cui suscitauit pauperem fame vitam  
 Bascauda, boletarium, panaca, nimbus,  
 Seplasiانا trulla, Veneta scutella,  
 Maioricana peluis, & Valentina,*



Tum Myrrhinarum testa Parthianarum,  
 Et certa testis urna sortis humana,  
 Batiola, calpar, nasiterna, pollubrum,  
 Sami lepista filia, aut Agaioclis  
 Patella, Tiva, & cum fidelia, quadra,  
 Gutturium, cumerum, capruculum, guttrum.  
 Hic plaustra fulsit, cornuehatur ut Sculna,  
 Calator ut boame voce delectet,  
 Rotarius neque unguis unguine aut seuo,  
 Quo durius, quo lenius vehat currus,  
 Exasperans vexata membra succussim,  
 Incommodo huic ut commodum urbis aspires,  
 Prudentiores ut mora hæc paret ciues.

Adiuuit hunc tornator, & rudem ligni  
 Massam reliquit. Perrica agrimensoris  
 Iussu magistri curia reformata est,  
 Ut pollices atque uncia probarentur,  
 Qua semitas metitur, aut viam, aut actum,  
 Caudeta, ingera, aream, atque puluillum,  
 Restibilia, noualia, rudeta, veruaeta,  
 Incilia, collicias, statumina, quincunces,  
 Sulcum, elicem, porcamaque, tum scrobem, & litam.  
 Partitur oras, atque familiam herciscit:  
 Decempedam corruptus haud probam gestans  
 Corruptus ille de pecunia scriba.

Quinquipedal ergo furta prodit & fraudes.  
 Si nuptialis ardet in viis tecta,  
 Siftunt choreas, & rogant, redit Scriba?  
 Nec amplius repoty moras querunt.

Si funus atrum effertur, licet, siftunt  
 Diram libitinam, conditorium linqunt.  
 Plorare omittunt, eiulare desistunt.

Sive

Sive ille viuus fletus orphanillorum,  
 Sive in recessu gaudio sit aspersus.  
 Ut præsicarum est, atque diuis heredis.  
 Aut qui minasque radiuque dotata  
 Mutare sperat pinguiore fortuna.  
 Aut liber a periculo nouercali  
 Non iam venena toxica horret, aut verba.

Quin tempora anno cuncta persuasere  
 Carbunculationibus locustarum  
 Cum rosione lanipendula eruca  
 Et iliceta, & castaneta caluescunt.  
 Cum vesperi cadente noctifer frustra  
 Siticulosa prata ros recentauit.  
 Ne contremiscat si semel mori Sculnam  
 Audiuerit. Sic terra Sirio squallens,  
 Sic temperatrix hora verna Vulturini,  
 Hiems aquosa, mustulenus Autumnus  
 Vno ore, & una voce postulant credi.

Hoc tempus. Atqui temporis stata sedes  
 Noctes diesque. Tum crepusculum, serum  
 Diluculum, intempesta, conticum, luces,  
 Cum lucidauit, cumque contenebravit.

Jam qui receptum opinione de vulgi  
 Sic disputationibus saburrari,  
 Plenus popelli vocula, & leuis fumi  
 Inane grande rancidum sophos turget.  
 Stupet, pauetque, ne obuius suat Sculna,  
 Bene ominata verba de domo vadens  
 Semel iterumque murmure intremens cantat.

Miserrimus iam Sannio sit ignarus  
 Non homo, sed umbra aut somnium hominis, aut peius  
 Expergefactus paululum oscitabundus

*Agnoscit alti criminis notas diras.  
Iam pandiculatur dextero & oculo clauso.  
Nictat sinistro. Tum ore missat obliquo  
Vacerra, Battalusque rex Bachelorum  
Betaceus, brochusq<sup>3</sup>, blitterus, brutus  
Momarque Siculus, unde sunt Momaria,  
Mimarias at doctior vocat Grace.  
Is, qui per æque cuncta pene Gracissat.  
Qui a Characi Charaniam audet Hispanam  
A leniendo nominare Leneum.*

*Sic morio per fundulum, angiportumque,  
Aedes, plateas, insulas, forum, vicos,  
Ciuos supinos, templa, porticus, furnos,  
Dum clamat insolentiam improbi monstri,  
Iam stultiori se forum facit turbæ:  
Stultum audiente nanque stultius nil est,  
Que maxima est pars insolente de vulgo.  
Quales ego, & ille, cui coempta sexcunce  
Arcet cuculla turbinem Boreæ, & flabra.  
Quem crassio rem crassa mula succussat.  
Et brutiorem brutus audit Asturco.  
Pecus canorum inutilissimum Santram.  
Cui cum sagina crescat e penu nostro,  
Nostroque alatur pane more mendici,  
Vinatque liberalitate de nostra  
Stultissima sine patientia & vere  
(Quippe annualis e decimis redit victus  
Et propter hoc fit monachus, haud Deum propter,  
Quem derelicto dereliquit in mundo)  
Aurata gestat frena, strata villosa,  
Que complicatio neuit in globo Bombyx.  
Peritque magni nomen & decus regis,*

*Cum sit professus pauperis modum serui.  
O pecus auarum & inuidum, & Deo inuisum,  
Quos diues auri fulgor, & sitis dira  
Exterminauit atque concloacauit.  
Tu pauperum ut diuideres ministrator  
Bona expedita, pauperis geris nomen.  
Verius at animum pauperis, nihil donans,  
Cuncta appetens, cuncta hauriens, vorans cuncta,  
Nihil refundens nisi cani, & gula, & scorio.  
Quam satius esset, (debuisset atque esse)  
Te fulguriam tabidum gerere vestem,  
Seu fulmina essent Diasiue Summani.  
Erat e taberna nuper vnus egressus.  
Phanaticus coquebat error hunc mentis,  
At discoquebat acrius calor Bacchi,  
Aurelianus qui superbit in sulcis,  
Aut Candiani feruet in sinu montis,  
Sive in saburra Burdegala tua macra,  
Quod tundit alte latera panda Baione:  
Aut quod Nauarra mittit, aut ferum litus.  
Quo nulla cuiquam tollitur sitis polo.  
Sed incitatur sine plusquam ubi occepit.  
Voriperne ut ergo furere Cambri possint,  
Nec vlla conduura de mari Graca,  
Nec Vesuio de monte puluis exustus  
Petendus: imis sic trahit salem fibris.  
Ita tunc inanem incenderat blitei mentem.  
Is scandit in preconis in foro saxum,  
Populum alloquutus voce rustica, & vultu.  
Similes decet nam habere labra lactucas.  
O, inquit, audi forte talis: an peior:  
Quid peior: an peior esse quis possit?*

*Quam nescio quis nomine impius Struma,  
 Ore impudico, & ferro, & fero, & duro?  
 Qui inuerit orbem subitus & super, quantis  
 Quantus patebat undequaque quacunq̃,  
 Quis non putabit & dicax & urbanus  
 Sculna absoluto absoluerē esse damnare?  
 Vbi non canentur? vbi tacebunt? nomne  
 Silente lingua muta saxa clamabunt?  
 Qui calculos fauore candicantes dat  
 Sculna, reoque conreisque Sculnastris,  
 Index nigros reientat, ergo damnat se.  
 Quare senatus ille turis inuicti,  
 Incomparabilis equitatis ac relli,  
 Vindexque sanctitatis horridæ ac prisca,  
 Diuinitatis omnis obtinens leges  
 Deceuit atque statuit, atque firmavit  
 Sculnam nequire iudice à bono absolui.*

*Hæc vbi furore fretus ille iactauit,  
 Assensus omnis vulgus, omnis est ordo,  
 Mistumque fremitu clarior iam murmur,  
 Iam voce, iam sententiis serenatis  
 Contentiore & spiritu, & manu, & vultu,  
 Et impetu, & propensione clamauerunt,  
 Nequire Sculnam iudice à bono absolui.*

*Tunc nationes cum male, tum honorate,  
 Pedariorum more, non senatorum,  
 Sententiam in eam inere: sed statim clara  
 Assensionem oratione firmarunt.*

*Polonia, Lituania, Bulgarus, Saxo,  
 Saxo Albionis occupator antiquus,  
 Vnde Ibridarum semen horridum Anglorum  
 Frisus, Boemus, Slesius, Danus, Cimber*

*Cattus, Zelandus, Franco, qui pater fortis,  
 At fortis olim in Gallia fuit Franci.  
 Nunc laxus illud pectus inclytum fregit.  
 Bessus, Valacus, Prussius, Cronatusq̃,  
 Hirlandus, & Gotlandus, & Scotus solt  
 Vetus Britannum vindicans sibi regnum  
 Linguamq̃ seruat, pristinosq̃ conuentus,  
 Spuriumq̃ genus hoc Anglicum vocat spernens:  
 Illum sed ille barbarum & ferum contra  
 Diuinitatis inscium, & via humane,  
 Et belluinum ruptumque cognatum  
 Pellita quos a torrida gelu bruma  
 Fonent rigentes plostra contrementesq̃,  
 Aut cum ferescit candidi tepor veris,  
 Ruilansq̃ sudum tergit Aethra Quintilem,  
 Tum pellibus sub Solis orbe diductis  
 Cum coniuge atque liberis apricantur.*

*Vrget maligni cultor inuius celi  
 Noruegianus, Scandinauus credit,  
 Nitentioris expolitor electri,  
 Ecce ex remensi limite inuiso mundi:  
 Nanque inuium est quodcunque quale sit nescit,  
 Vbiue sit nec ullus vsquam nouit:  
 Ridicula furarum Cingarorum, cui  
 Est oculus eruscator, at manus furax,  
 Pedes fugaces, falsa lingua, mendica, hæc  
 Ritu ferarum pauper & vaga, impune  
 Mentitur auram, terminumq̃ Fortune.*

*Et tipula Arabs latrunculos leues cogit  
 Multos, Alexandrina turma quos una  
 A Silphiate finibus fugat terra.  
 Dein superbis viribus suis fretus*

*Algarbius, Mosconius, Syrus scaurus,  
 Paribus, Otomanus, Maurus, Indus, Hispanus,  
 Glorie aliene infor ater Hispanus,  
 Suesq; mendax prodigiq; iattator,  
 Rei expetita postulator est blandus,  
 Non consecutus, arte Punica extorior.  
 Nam fontis artes obtinet vafrae Mauri,  
 A quo genus deducti impio iniustum,  
 Contemptor idem fastuosus, & diues.  
 Si quid potius, nec facit pili Diuos,  
 Hospes benignus, cum peregre adit primum.  
 Herum suum saluat hospitem admirans.  
 At postera cum illuxerit dies, & ilem.  
 In tertia feruuliter domum traëtat.  
 Quartam tyranus obsidet minis, plagis.  
 Fugite cautee foeminae, canes, tecta,  
 Dei Penates, Dy Lares penetrales  
 Abite, date locum excetra igniceruici,  
 Vos attingit si quinta lux, peristis iam.  
 Ab carcinoma, ab vomica generis humani,  
 Cloaca mundi foetulentia semina:  
 Inferna turba, Diuis ignei proles.  
 Probrum supremi dedecus Diu dirum.  
 Meueantur arua sandioriq; terra,  
 Radic tus qua fluctibus cauis hostit.  
 Contr. que fauces Bathyosque Hiberique  
 Cactu inata more montium sidat:  
 Noni citum regurgitent Tagum montes.  
 Gades propinqui vortices Ana opplent.  
 Exaggerate si que aquae modus nullus,  
 Vt tibi suprema illuceat dies vite:  
 Lauetq; abominanda scelera monstrosa.*

*Quin*

*Quin potius ignem vindici pluat celo,  
 Diris Tonantus spretra dextera fulgetris  
 Bituminosum sulphur, & picem ardacem,  
 Ut expientur pessimo malo terra.  
 Nam te leuare vireo sinu Tebyhs,  
 Matuta cum Palemone atque Portuno  
 Triton refusum buccina mare inuertens,  
 Neptunus ipse dubitet, at neget Nereus.  
 Non si quot alius flumina alueis fundunt:  
 Quotquotve singulantibus sacri serpunt  
 Fontes Meandris aut vadis scatebrosis  
 Terra pererrant infimas caue fibras.  
 Veriæ in hos sese induens meei Proteus,  
 Aut multiformi mirus arte Vertumnus.  
 At morere, tolle luce de sacra noctem,  
 Peior malog, pessimoque gens Srruma.  
 Audis querelas corde saucio iustas  
 Nefanda decoris prodiurix tui impura,  
 Que vel pusillo prostituta lucari  
 Tuos honores barbaris propinasti.  
 Nego impiorum posse te eximi ductu.  
 Que Hispana fieri dira facta consentis.  
 Facem nego vllam sceleris impiam & ditam  
 Excogitari posse: quin tua admittat  
 Comes recutita. Sparteos pedes primum,  
 Cum cymba Barchinonia attingit litus,  
 Mox sericatos, quos truci gerat vultu:  
 Hos hos cruore tinxit in tuo, vestros  
 Vt Muleis patres coamularetur.  
 Et virginum tu es negligens stupratarum  
 Semiudaus semimahometanus,  
 Mezentiorum semen & Megaratum,  
 Phlegethontis attri sesquicerberi proles*

*Abominandum virus execrandumq<sub>3</sub>*  
*Miscet Quirino facem Helio gaballinam,*  
*Te Troes olim, postea ferox Gallus,*  
*Post Cimber incursum, at dehinc Gottus,*  
*Gottusq<sub>3</sub>, Vandalusq<sub>3</sub>, nunc quid est? ut res*  
*Retro resorpta laberetur in peius?*  
*Calo imminente, & invidente virtuti?*  
*Te appello Spuria, putidumq<sub>3</sub> scortillum,*  
*Iugo rebellis calitumq<sub>3</sub> contemprix,*  
*Qua seruitutem seruitute redimis, qua*  
*Vt hoste carcas, hoste premeris, & rides:*  
*Regina quondam, nunc retorridum caenum:*  
*O qua impudico mœchulis sinu prosta.*  
*Quiduis quam Italia potius, ore mendico.*  
*Queis imperare consueueras seruis*  
*Brigantibus, mastruculatulis supplex*  
*Verbum reponens barbara voluntati,*  
*Nutusq<sub>3</sub> totidem nutibus repræsentas.*  
*Quos si velis, sed sobria male militaris,*  
*Si destituti sint semel tua dextra.*  
*Expergefac tuosq<sub>3</sub> teque, deg<sub>3</sub> isto*  
*Tui miseria, aliquando prone pistrino.*  
*Non sic viator aspiciit pauens Humum,*  
*Quam litigantes in foro timent Scribam.*  
*Non sic onustum territat viatorem*  
*Cultor Pyrenes asper aspera inuisus,*  
*Plus inquieto vorticosus Euripo.*  
*Non sic fugacem conficit Syram Persa,*  
*Frisum Menapus, Flandriumve Germanus,*  
*Germanus acris fulmen igneum belli,*  
*Qui patria virtute fretus, armisq<sub>3</sub>*  
*Vltro citroque flumen adnarat Reni*

*Dulcesque feri Liberi legit succos:*  
*Poniq<sub>3</sub> patria Belgio iugum lingua*  
*Germanus, inquam, qui orbe sanctior toto*  
*Pietatis atque religionis exemplum*  
*Tueur, ipsamq<sub>3</sub> eruit vetustatera.*  
*Qui utrunque calum personans sua laude*  
*Iustus, seuerus, rectus, in teger, simplex*  
*Deo supremo pectus acre deuouit,*  
*Germanus, unde gens, auque materni,*  
*Intaminatus unde mi pudor venit,*  
*Mistumq<sub>3</sub> priscis Italæ decus vita.*  
*Qui me ad videndum lumen extulit cæli,*  
*Qui me eruditum sub tenellulis annis,*  
*Formans amœnum literis sacris pectus.*  
*Bene instituta si Lubeca conuentu,*  
*Populosa, diues, fortis, atque amans equi*  
*Interroget: quis exitus manet Strumam?*  
*Dicemus hoc interrogas, quod & fortis*  
*Ærus feraci Praga monte conclusa,*  
*Vbi erutorem larua sed procax ludit.*  
*Quod tauriformis aureus pater Reni*  
*Coloniensis, diues & Magontinus:*  
*Parare porco foetido volutabrum,*  
*Propinqua quod Bauara, quodque longinqua*  
*Cadauerosis condita in sepulcretis*  
*Budana clades, quod Vienna vicina,*  
*Quæ pauperes scholasticos alit crustis.*  
*Vno Barenus plus die facit scripti,*  
*Quam bis trecentis a viris legi possint.*  
*Nec est, ut isti, quos vocant cucullatos,*  
*Quis sermo purus impiam tegit vitam*

Orationi par sua sibi viuit.  
 Nam dictionis fluctuantis insana  
 Si membra contempleris atque suorum,  
 Furiosa Orestæ somnia esse iurabis.  
 Quin de seipso subdidit sibi versus,  
 Nomen suorum inscriptitans amicorum,  
 Prisco Deorum more vultu adorari.  
 Licet libetq; præterire maiorum  
 Antiqua libertatis vltima iura,  
 Tempus, locusque poscat, obsecundemus.  
 Cucurrit e thessalico Telonac,  
 Hic ubi apothecas mercimonis stipat,  
 Ut ab Aquitanis ista sciscinaretur  
 Antuerpiensis pignorum obuius vendax,  
 Pecuniosus fœnerator obstipus.  
 Louaniumque pectorum atque linguarum  
 Alitrix, que amica humanioribus Musis  
 Celeste sapiunt Nectar, & Deum spirant.

Audijt frementis murmur & sonum vulgi  
 Treueris superbus mole turris, at quondam  
 Robustiore ferreus iuuentutæ  
 Regnum propinquo & auferens & indicens.

Ecce huc bilinguis corde simplici & puro  
 Genus Deorum nobilis Lotaringu,  
 Vbi audijt quid: impius solet Sculna,  
 Multa imprecatus dira iudici atque urnæ,  
 Promittit aliis vindicanda vexillis  
 Pericula hæc que a testibus timebantur,  
 Si absolueretur iudice à bono Sculna.

Huc Arduenna casor inuis siluæ  
 Brabantis, extremæq; Gallia culior  
 Morinus, ferus que Tonger, Ambianusque

Utro maniplos pollicentur inuidios,  
 Menapiorum signa Suicerorumque  
 Impune si istud sic abiuerit Scribe.

Si nos Tolosa pinguis ac granis cali, &  
 Narbona grauior orbis una sentina  
 Roget: quid est? rogabit hoc rei quid sit  
 Massiliensis semibarbarogracus,  
 Qui nil Senatus obtinet miser prisca,  
 Gurgustii sed oblitescit in curtis,  
 Liguriens halece fursur admistum.  
 Nam mœniorum cateram struem priscaam  
 His prætulit rex bellica arte consultus.  
 Ne in corde regni tanta sentis hereret,  
 Quamquam venusta, nobilis fide, & firma.  
 Sed sic veretur, ne quis occupet, sicut  
 Bononienses super Albion fecit.  
 Sed omnibus per aqua conditam seruans  
 Mirabilem diuinitus poltiam.

At negare, & viribus negat summis  
 Hospes receptus, innocens, peregrinis.  
 Rotomagus ostreosa (nam quater tanto  
 Maiore nostris pendere esitanti fricta  
 Montillio vel vna que satis sudet  
 Largam saluam ac liuidos trahat cirros)  
 Amici larga, blanda candido vultu,  
 Munifica verbo, more, fronte, promissis;  
 Florens, beata Gallici sinus Siren,  
 Timenda Francis & Britannicis armis,  
 Nulli secunda, quandiu stetit regnum,  
 Nunc amulo Lutetiam quatit cornu,  
 Nisi expulisset literas voluptate.  
 Horret timendum nomen, & truces testes

*Caducea latice Liberi potens tellus,  
Eademque mater literaria laudis.  
Ditissimusque Gallicis agris Santon,  
Qui plus loquatur vnus, atque ter mille,  
Ter mille vidua, terq, mille dotata,  
Ter mille monachi, militesque ter mille,  
Scholastici ter mille, sed noui, & primo  
Anno secuti falsigarrulas tricas.  
Sed non loquatur falsus malo Struma.*

*Apparere simplicissimi & iusti  
Stipendiorum militarium falsi  
Euerritores atque substitutores,  
Segucianus limitarius prado,  
Qui peieratum mandit ac spuit cælum  
Et Carlatensis atque Muruarenensis,  
Qui falsitatis plus obolo vnico admittit,  
Quam casei vicinus asse diuendit.*

*Et fraudulenti barbara ac rudes fraudes  
Montis feri, cui Pessulus dedit nomen.  
Quo destituti sanitate qui vadunt,  
Tosti retosti, inaniis meris pleni  
Turbite purgatiq, tum repurgati  
Iubentur ire patrium aerem visum,  
Atque in itinere moriuntur, ast y ridens,  
Apuntque homicidis manibus aureas massas.  
O impudica falsa carnifex turba, o  
Promissa magna, ingentia, aurea, immensa  
Vere aurea, aurum ni feras, periuristi.  
Sed sequitur atro concitata mors telo,  
Sardoniumque Nemesis ac ferum ridens.*

*Huc insulanus latro litoralis ve,  
Scitatur ecqua cymba deuehat Sculnam*

*Aut lembus aut scapha, aut biremis, aut pristis,  
An codicaria, actuaria an naues,  
Ratesve carbonarij casa nigri  
Mutantis Athesi dorsa calica rupis,  
An Gaulus ambigente puppe cum prora,  
An pisculentula horia, anne corbita,  
Celoxoe, cercurusve, septiremisve.  
Liburnica serilla mista permici.  
Catullianus at phasellus vt Muse  
Muse atque Apollo deuehendus ad cælum est:  
(Celestibus nam versibus volat pictus)  
His destinatus haud sibi velit Sculnam  
Hostem quietis aurea poetarum.  
Scitatur ergo nunquam forte de paruis  
Prosumia, aut lenunculus timens Austri,  
Quo prouebatur, naufragum vebat monstrum.  
Pictave Siculi Alcedines maris ciues,  
Aut septima aut terseptima in mora Luna  
Pronuntiant tranquilla frustra Neptuni.  
Vt vectus alitis ventileitur in furcis.  
Scitatur ergo attenda sciscitaturque  
Differa mercatore ripa Lugduni,  
Vbi Gebenna vortices Arar complet,  
Qui prope quietis alucum osculans lymphis  
Cedit superbo nomen atque opes regi.  
Huic, qui saburra sordida, atque humio aggesta  
Audet vadoso imponere iuga Neptuno,  
Et vindicare liori maris regnum,  
Nos si retonsa Basca, si Batahorum  
Acres caterua interrogent: Quid est Scriba?  
Viuent Scriba nemo fortis, atque audax  
Ausit precari iudicem, vt reum damnet.*

*Miserèquè respondere pertimescamus,  
Non posse Sirumam iudice a bono absolui.*

*Hoc persuasum est autamen. quid? hoc credit  
Francus, venustos qui expulsi domo cives,  
Linguam paternam at extero ore mutavit.  
Nunc Francus idem bellicam iuuentutem  
Pimplei adornat triplici venustate  
Montis, Latina, Achaica, Palestina.*

*Idemque respondebo si rogans instet,  
Fædo Britannus infidelior Mauro,  
Cæleste nomen, bellue gerens mores,  
Suoque longe belluosior ponto.  
Sperare noli, qui nihil vult recti.  
Timere noli, qui nihil potest magni.*

*Hoc si Britanno temulentior Brito,  
Cui lucta nomen comparavit iniuncti,  
Miranda butyroque corporis moles,  
Animusque par vel crassior veterinosus  
Ingulat cadentem Belnico mevo solem.*

*Hoc falsitatis crimen ardet vlturus  
Frugibibulus Britannicida Normannus.  
Hispanitoſtor costus a Lusitanis.  
Potaxque Belga, Belga carnimanduco,  
Qui plus meri haurit quam Balæna spumarum.  
Burgundioque pacis, ac potius belli,  
Qui civitati nomen indidit Burgi,  
Patriam propagans Gallicis agris linguam.  
Lutetia nam civis hoc gerit nomen.  
Quanquam renata sedibus novis Roma  
Augusta magnis iura dat grauis Celtis.*

*Hibernus imis exerit caput lectis  
Rigens niualis trusit hinc metus bruma,*

*Trusit tenetque vel vigilem & cibo affectum,  
Vt facta percontetur, exitum & Scribæ,  
Arvernus asper contumacior mente,  
Idemque vento plenior leui ac vano,  
Quam millies trecenti vires Vlyſſei,  
Fama, muliere, culice, folle percusso,  
Quanquam exul atque pulsus a fame semper,  
Nec literis nec arte bellica pollens:  
Sed turpicellum totus actus ad lucrum.*

*Huiusque Gabalus compari vitio peior  
Qui fraudulentos inopia addidit mores,  
Speculatus vnde fallere in loco possit,  
Sive est amicus ille, sive vicinus,  
Atque hospes, atque affinis, atque germanus.  
Omnes peræque susque deque habens omnes,  
Modo lucelli explere detur immanem  
Sitimque rabiemque igneam, atque inaudiam.  
Fessusque nunquam luigare Rutenus,  
Quem gaudet in subſellis Tolosanis  
Videre sordidumque sordidatumque  
Immanis ore Volca perfidus crudo.  
Non ille, cui, Borysthenes sitim sedat,  
Si quando Samogubios relinquentem  
Pellius hippotoxota Scythes fugit.  
Sed turba ceruicosa frontis obscæna.*

*O, o populares, o pigerrimi ventres,  
Queis nil nisi vinalia, otium, somnum,  
Vmbra, susurros, quid noui? crepat lingua.  
Pecori proteruo date locum, pedem ferre,  
Actutum. abite. nam de ineptia vestra,  
De ignaviaque huc aduenit triumphator:  
Vt sciscitetur nomen & genus Scribæ*



*Sabaudianus sordidissimus cimex.*  
*Qui nec facere, nec cogitare, nec fari,*  
*Qui nec doceri, nec docere quit quicquam.*  
*Nec esse vult, nec se probare civilem.*  
*Sed pectus arum, & rupibus parem mentem*  
*Stupet, nec an sit, necne, nouit, aut discit.*  
*Seu Mauriana hunc mittit, aut Tarentasa:*  
*Seu frugiperda Brissa, nam suas fruges*  
*Fert inquilinis & cibum & vices vitæ,*  
*Qui nulli Afello afellitatem concedunt.*  
*Ab inquietis montibus Pyrenæis*  
*Linquens Isardos, capreas vocant prisca,*  
*Et capreas Cantabri feri rupes,*  
*Cucurrit ut seruaret ad struem Scribam.*  
*Contentiosus, igneus, minax, Vasco*  
*Contemptor alma pacis atque derisor,*  
*Rixa & paratus, pralio utilis, bello,*  
*Parere & imperare nescius iusta,*  
*Si disciplina forte cui tamen cordi est,*  
*Duos feroces, batuit vnus Hispanus,*  
*Pedes tremendus, omniumque eques primus,*  
*Qui gloriam Burgundionibus carpit,*  
*Carpit Boemis & Neapolitanis.*  
*Neapolis, Neapolis parens tractus,*  
*Regina tractus vltimi aurei calis,*  
*Obiecta monstris omnibus. Truces nam cum*  
*Scylla, Charybdis, Aetna, Lastrygo, Cyclops,*  
*Circe, Meligunis, Aeolus premunt. quid non?*  
*Dic manibus doctissimi Sanazari:*  
*Dic Vraniaque neniisque Pontani,*  
*Maiora monstra reque nosque perferre,*  
*Orcum fori nos te tricerberos Mauros.*

*Miratur omnium orbis esse consensus*  
*Lemouicus nil crassius gerens veste,*  
*Præblandus ac peritus artis ac lucri,*  
*Te ad vltro emenda mercimonia inuitans.*  
*Caue, nisi cauebis ast lues stulti*  
*Nam amara pœnitentia est comes facti,*  
*Tortas retortas saepe sic per ambages*  
*Panem altera aiunt, altera tenet saxum.*  
*Diuenditas ergo ille colligatasque,*  
*Multoque mercatoris obliuio insignes,*  
*Dum prandium curatur, aut sacris astat*  
*Is, qui coemit: sarcinas referuauit*  
*Furtim priores, alterasque suppositas*  
*Quasi officiosus imposuit comes mulo.*  
*Apage barathri semen, & genus dirum.*  
*Vale, nefandus vnde Scriba prognatus*  
*Nullum reliquit posteris modum culpæ,*  
*Quo possit vlla falsitate certari.*  
*Surdum excipe atque crure non pari Agnellum, at*  
*Imparibus illi cruribus parem mentem.*  
*Oblitus est iam pro stupore, non hiscit,*  
*Quem lancinat memoria pessimi Scribæ,*  
*Prouincialis mercimonium vendens*  
*Oliuitatis, atque ficitatis, tum*  
*Muria, garique cumque cappari crethmi,*  
*Crethmi marini, quem empeiron vocant stulti,*  
*Vt nunc medicina tota iura subuertunt,*  
*Quo doctioris classis esse credantur,*  
*Cum tamen aliena in proprias trahunt nugæ*  
*Compta calamistris, vstulata cincinnis,*  
*Champerius quod perditissime fecit,*  
*Quod frontis infirma turba perfricta*

Oblitus igitur obstupescit abnutans,  
 Longoque velui suscitatus a somno.  
 Nam semper aere crassiore dormitant  
 Prouinciales, quemque parua Nicaea,  
 Et quos Cythones vltimos ulit portus,  
 Quos circiosi cogit impetus calis,  
 Vt feriatas messibus moras rumpat,  
 Cui cerulata diues est manus glasto,  
 Quod a rotundis orbibus trahit nomen.  
 Glastum fuit, nunc maluere pastillum,  
 Champerius hiacynthum at esse mentitur.  
 Champerius quis ille, si petit quisquam,  
 Respondeo: sed Scaenole modo paucis:  
 Ardelio mirus, insolens, tumens, iurgens,  
 Titulo Archiatri, quod Deus sit airorum,  
 Nam candida ille mentis haud tenet micam,  
 Falsarius sed inuidusque ineptusque,  
 Scriptis alienis indidit suum nomen,  
 Vno alterove verbulo vsque mutato,  
 Dum ex officina barbarissima agnoscas.  
 Quid si ille falsitauerit suum nomen  
 Campegiun, e Champerio. & tacitus dormis  
 Democrite? nec rumperis cachinmando.

Iam bellicosos e Calabria pullos  
 Mittit domare, conciuare, gyrare  
 Siticulosus Appulus, Croion sanus,  
 Siculus dolosus, laniger Tarentinus,  
 Picenus vnctus, rusticus Ferentianus,  
 Nebulosus Vmber, Longobardus astutus,  
 Carnus vorator, potor Histrus, insanus  
 Illyrium, arrogantior Typhao, huius  
 Caputque venti & gloria Ragusau,

Hic si Deum non crederet, deum se esse  
 Credi iuberet. esse cum Deum credit,  
 Sese alterum, aut vicarium, aut Deum credit.  
 Adeo occupauit omnium stupor mentes.  
 Quonam fauore vixerit diu Scriba,  
 Ecce aduocatus sanguipotus, & index,  
 Index locusta ciuitatis & brucus.  
 Nam destinauit perditissima moris  
 Ferrariensis aureo nitens mundo, at  
 Cyclope inhositalior Peloraeo.

Idemque sentit eruens suis libris  
 Bononiensis splendor, ac parens otii,  
 Caestium secreta quod Deum pandit.  
 Idem rogatus iudicauit, & sensit  
 Venetus superba nobilis vetustate,  
 Qui more Rodani carpit arua vicina.  
 Hoc cacat unum pectus hosticum sceptris,  
 Dum glorie regnantium imminet. verum  
 Quicquam noui priscive indicaturus  
 Non Aeaco, non Cretica plaga regi,  
 Neque Rhadamantho, aut quem erudiuit ad cultum  
 Aequalitatis, & parens Ceres legum.  
 Martisve pago, amphyletionumve conuentu,  
 Confessiuve calitum sciens cedit.

Antiquus autor fœnoris rapinæve  
 Odit, quod ansit se esse peior hic Struma,  
 Is, quem Monæcus parricida predator  
 Altrinfecus Ligurnica obsident rupes,  
 Genuensis ofor pacis, ac boni moris,  
 Mendax, auarus, semitarius mæchus,  
 Decoctor, expiare quem nihil possit,  
 Non vacca, non sus, non capella, non taurus,

Nisi ipsemet cruore det suo pœnas.  
 Tristis Saona pestis inclite, ac diua,  
 Pellaciorque malacia Decembrina,  
 Idemque eadem pestilentior longe,  
 Cum sorte pariter & animum & fidem mutans.

Non hoc refellis, non amat refellentes,  
 Cui Fesulana Nympha, cui vetus Pisa  
 Olympiorum abusque cursibus, cuique  
 Flores dedere nomen, ast amat fructum.  
 Nam parca & in rem attentiuscula est paulo.  
 Florentia alma ocelle pulcher, at quondam  
 Ocelle quondam pulcher Oenotry cali.  
 Ab seruitute cuius alta ponebas  
 Leges Eibruscis, ipsa capta nunc luges.  
 Non Luca libertatis auctor & vindex,  
 Vindex seuera morte vindicatura.  
 Senaeque veteres ciuibus bonis plena,  
 Doctis, bonisque, tum supra modum humanis.  
 Taurina tellus tota, tum Salassorum  
 Venerique Liberoque de dita, ast olim,  
 Internecino tota nunc flagrans bello.  
 Minas suburbiana pandit atque urbis  
 Inuenta dapibus Mediolanus & Iudo:  
 Sed antequam sinistra monstra lenarum  
 Decus serenum ciuitatis auferrent.  
 Ab lena lena, prostitutor impure  
 Qui spurca Roma scorta leno vendebas  
 Cruore menstruo, & cruore nocturno  
 Trahens nefanda more Tartareo vitam,  
 Nam Tartareo, aut Hiberico nihil differt,  
 Elephantiscus teterrimus venenator  
 Tibi Biella, tibi Eporedia, tibi Augusta.

Hæc innocens, nocentior sed angue illa  
 Est tota durus Alpibus iacens ora.  
 Et qua niualis gurgite Padus inuictò  
 Casalis altam subruit celer ripam.  
 Ingannus, & Montanus Apuanusq;  
 Tibi imprecari inexpiabiles diras  
 Vident cadauer litore vltimo V'arri.  
 Te nec Megæra, te nec atra Styx te, nec  
 Charonve poruitor, canisve latrator.  
 Toruum tres fauci murmur euomens collo  
 Aut conuerti, aut tangere, aut videre audei  
 Si puniendi viuat hunc modum culpa,  
 Dignus magistrum latro quem regat Sculna.  
 Videsne, colle ut imminente Parnassi  
 Huc Mantuanus dominus, ac decus fontis.  
 A quo rigantur ora tot poetarum,  
 Cursim citato promouens pedem gressu  
 Demittat: ut ne deuoretur a Scriba.  
 Vides, vetustum ut ense Hiberico claudum  
 Mittat: recentis huius ut memor viuat  
 Veteris Rauenna meta prima Picenni.  
 Vehementer inde gnatus est Ligur nequam.  
 Se excedere est quod ausus his malis Scriba.  
 Nam solus is se pessimum esse credebat,  
 Quantum malorum mundus, impiorumq;  
 Auditue, alitue, corrigiue, ceditue  
 Latrocinis fœdissimum caput diris.  
 Fideq; Punica infidelior prado,  
 Seu Punica est, seu, Græca, nil moror. nanq; est  
 Vnus Britannis tetrior Ligur cunctis  
 Saxicola, pelagicursor, inuidus, spurcus,  
 Fæmelicosus, turpis archipirata

Nisi ipsemet cruore det suo pœnas.  
 Tristis Saona pestis incluta, ac diua,  
 Pellaciorque malacia Decembrina,  
 Idemque eadem pestilentior longe,  
 Cum sorte pariter & animum & fidem mutans.

Non hoc refellit, non amat refellentes,  
 Cui Fesulana Nympha, cui vetus Pise  
 Olympiorum abususque cursibus, cuique  
 Flores dedere nomen, ast amat fructum.  
 Nam parca & in rem attentiuscula est paulo.  
 Florentia alma ocelle pulcher, at quondam  
 Ocelle quondam pulcher Oenotrij cali.  
 Ah seruitute cuius alta ponebas  
 Leges Etruscis, ipsa capta nunc lugens.  
 Non Luca libertatis autor & vindex,  
 Vindex seuera morte vindicatura.  
 Senaque veteres ciuibus bonis plena,  
 Doctis, bonisque, tum supra modum humanis.  
 Taurina tellus tota, tum Salassorum  
 Venerique Liberoque de dita, ast olim,  
 Internecino tota nunc flagrans bello.  
 Minas suburbiana pandit atque urbis  
 Intenta dapibus Mediolanus & Iudo:  
 Sed antequam sinistra monstra lanarum  
 Decus serenum ciuitatis auferrent.  
 Ah lena lena, prostitutor impure  
 Qui spurca Roma scorta leno vendebas  
 Cruore menstruo, & cruore nocturno  
 Trahens nefanda more Tartareo vitam,  
 Nam Tartareo, aut Hiberico nihil differt,  
 Elephanticus teterrimus venenator  
 Tibi Biella, tibi Eporedia, tibi Augusta.

Hac

Hæc innocens, nocentior sed angue illa  
 Est tota durus Alpbibus iacens ora.  
 Et qua nivalis gurgite Padus inuictio  
 Casalis altam subruit celer ripam.  
 Ingaunus, & Montanus Apuanusq;  
 Tibi imprecari inexpressibiles diras  
 Vident cadauer litore vltimo Varrî.  
 Te nec Megæra, te nec atra Styx te, nec  
 Charonve portitor, canisve larrator.  
 Toruum trifauci murmur euomens collo  
 Aut conueni, aut tangere, aut videre audeo  
 Si puniendi viuat hunc modum culpa,  
 Dignus magistrum latro quem regat Sculna.  
 Videsne, colle ut imminente Parnassi  
 Huc Mantuanus dominus, ac decus fontis.  
 A quo rigantur ora tot poetarum,  
 Cursim curato promouens pedem gressu  
 Denittat: ut ne deuoretur a Scriba.  
 Vides, vetustum ut ense Hiberico claudum  
 Mittat: recentis huius ut memor viuat  
 Veteris Rauenna meta prima Picenni,  
 Vehementer inde gnatus est Ligur nequam.  
 Se excedere est quod ausus his malis Scriba.  
 Nam solus is se pessimum esse credebat,  
 Quantum malorum mundus, impiorumq;  
 Auditve, alitve, corrigitve, caditve  
 Latrocinij scædissimum caput diris.  
 Fideq; Punica infidelior prado,  
 Seu Punica est, seu, Græca, nil moror. nanq; est  
 Vnus Britannis tetrior Ligur cunctis  
 Saxicola, pelagicursor, inuidus, spurcus,  
 Famelicosus, turpis archspirata

Da

Quem, purulenta conficit sitis lymphæ:  
 At ipse verminante non sitim lymphæ,  
 Famemq; pulverosa soluit apluda,  
 Pericla se vitare dum studet vite.  
 Si nos Liguricus interroget quid est Sculna?  
 Similis tui, dicemus. Hoc suaferunt.

Qui Viriani regna temperant prisca,  
 Quorum reortis cursibus Liburnorum  
 Noni remota prorsus orbis in terra  
 Auri apparatus emicant aceruorum:  
 Namq; unus iste finis, unus e cunctis  
 Primusq; postremusque, solus & iunctus  
 Aurum ut vehebatur, nulla vena comparet:  
 Cara incolis nitela habetur & grumus:  
 At alia merces raditur referuntq;  
 Onyx, smaragdus, cumque adamante beryllus,  
 Aut uniones lucidos graues, grandes,  
 Quos dira collo fert Hyæna rugoso.  
 Hac lege mirabilis datus auri,  
 Edenula ut vorare tot queat montes,  
 Carpesiumve cinnamumve monschumve,  
 Nam cinnamomi ferre quod negant illos,  
 Isti abnuente veritate censores  
 Tam vana dicunt, tanque falsa delirant,  
 Ut qui refellere ausit, ille deliret.  
 At omnia aliquando quo ferant aurum.  
 Est nauta, fateor, igneus, cauius, parcius  
 Est Lusitanus feruidissimus miles,  
 Seu comminus, siue eminus velis pugnare,  
 Pugnareve equestrem, aut nauticam, pedestremve,  
 Statariam, fugaculam, leuem, instam.  
 Prior laceffit, vincit, & laceffitus,

Domis forisque clarus. Ast mari in toto,  
 Ast in manibus, ast in horridis turmis  
 Non elicis intuetur, aut canis caudam  
 Quas Græci, aut Sidonius vagi quondam  
 Non signa que Centaurus, aut Apri forma.  
 Olim Quirini aut Casaris feros miles  
 Vnum aurum in oculis, in animo, in nigro vultu,  
 Oratione, cogitatione, aurum  
 Edens, bibens, quando esurit, satur quando est,  
 Vigilansque, dormiensq; somnians aurum.  
 Pro quo facetus fluctuosa Neptunus  
 Persæpe breuia obiecit & cauas rupes,  
 Extingueretur ut semel sitis dira.  
 Sic naufragus piscatur in profundo aurum.  
 Sin enatans elauerit, necant Indi.  
 Qui litorali maxime client pugna,  
 Vulnus recipere dareq; nil recusantes.  
 Sic hoc tuentis litoris plagam cedunt,  
 Ut viscere ima quererent opes terræ,  
 Quando æquoris pellacia nequiverunt.  
 Insaniæque istius ac mali cunctos  
 Odere socios misere & emulatores,  
 Pugnantque pro thalassico periculo, quod  
 Decet omnium esse, aut debet esse nullius.  
 Quod si quis illud vindicet manu assertum,  
 Dedatur atro litigantibus dente  
 Ut inquieto iactentur assuliu,  
 Et sit curulis sella, Basilica, sceptrum  
 Regnumq; fraudulentis perditum Scriba.  
 Quis ille, nudum laxa cui pedem velat  
 Prope palla fluida lubrico sinu quadam?  
 Ventosa num Galatici maris regna

Miscere visum fraudulentiæ Tulla.

Te Celtibere, teq; Cantaber cerno  
Hæc, qua Pyrene dorſa cruda porrecta  
Vtrunq; duro mordet ore Neptunum.

Te Dalmatinum montium hispidam pubem,  
Qua murmur atros pandit Adria fluctus:

Teq; spoliatrix aduena impia Epirus,  
Quæ illius impudentiam, & malas artes,  
Et falsitates amularis, haud vincis.

Quo te parentem dulcis & grauis lingua,  
Noſtrique large diues ordinis fomes,  
Grauium relinquo lucidam ingenij gemmam,  
Qui solus alium condis & colis montem?  
Non mihi poetam quempiam pium & sanum.  
Sed Eupolis, Cratinus, aut Stratis currat,  
Aut claudicante forrior pede Hipponax.  
Quos commodabis, facta qui sciant Sculna,  
Choroq; nota destinet recantanda.  
Seu concitatas vltimi rotas celi  
Sirophæ indicat, seu Anistrophe planetarum,  
Terraue Epodos inde testis immota.

Est in recessu perditio de centique  
Nonum in quilibet turba sub nono regno.  
Sic prisca sceptri decora turpis amissi.  
Cui nulla quanquam comparauerat virtus,  
Eiusve, autve aut patris, at merum donum.  
Eſſet analecta quo reponderent mundi.  
Nam ut quisque quisquiliæ domi sua verrit,  
Vt expietur familia illius, & sorde,  
Si liberorum numerus aggrauat sic rem, ut  
Faciat minorem: ast illico illa transcribunt  
In regna transmarina perprudenter: nam

Ad

Ad eluendos est opus mari toto.  
Hi prodidere, perq; inertiam insignem,  
Perq; insolentem ignauiam solentemque  
Florem insularum: quæque vitreus stagnis,  
Quæque æstiuosi proterunt minas Nerei  
Clari dicatum numini Rhodon Phœbi.  
His ingruentis robur ut ferum Turca  
Auerent triremibus Liburnisque,  
De patrimonio suo atque demenso  
Decidit vnaquæque natio partem,  
Quam portionem ascriberemus, ut forti  
Depelleretur inde classe discrimen.  
Tunc vnus omnium ille obex ferebatur,  
Quo vindicari nostra vita sic posset.  
Ast i supini liberq; stuprisque,  
Et otio e prouentibus bonis pario  
Ah negligenter perditq; vixere,  
Vixere, viuunt, & nisi caues, viuunt.  
Libidinoſa contumelia plenos  
Gratis sacrum stipendium ligurire?  
In scorta sumere semigraculum, & prolem.  
Quæ ex impudica Venere detur incesta.  
Ergo ab Othomanis foribusq; firmisque  
Pulsi in proterui contumaciam Scriba  
Vertere belli turbidi grauem molem,  
Eumque cunctis calculis reum damnant  
Tota hoc parantes vnicum bonum in vita.

Hæc nationum exacta summa summarum  
Græcus, Latinus, barbarusque, Iudeus,  
Bibbarus, tribarbarus, quater nequam.

Atque inter istos si quis id roget: credunt.  
Factor, solitor, vindemitor, sator, sartor,

Messor, putator, vector, actor, occator,  
 Imporcitor, sulcator atq; sarpator,  
 Casorq; frondatorq; pampinatorq;  
 Et qui legumen vannat, atq; acus verrit,  
 Abactor, & plagarius, arbiter, prator,  
 Tam urbanus urbi, quam aduena peregrinus,  
 Tribunus, atq; Censor, atque Dictator,  
 Paricus, & pecuniarius Quaestor,  
 Triumvir, ignis virgo, flamen, Edilis  
 Et ruffulus securior tabellarum,  
 Quas turbulentis pontibus ferunt ciues.  
 Ad septa, publicamq; mobiles villam.  
 Priscisq; cum suffecibus opicus Meddix,  
 Assessor, & praefectus, & minax Consul  
 Postquam ex tegete foetente rimulosaque.  
 Euectus ad superrimum est magistratum.  
 Nam sic superbus rusticellus inflatur,  
 Cui paria sit Tolosa, cuiue Lactora.  
 Rempublicamque publicanus emungens,  
 Et natinator, siue merce praesenti,  
 Seu traicit pecuniam, & capit foenus,  
 Seu nuncupata mancipij facit nexum.  
 Ridebit inter funebres pyra fleus,  
 Qui luget orbis liberos parentesve.  
 Nam coniugem perrarus extulit plorans.  
 Peruersitas est tanta putido in sexu.  
 Et qui remissa mente potius amissa  
 Se fallit ipsum, fallere ut diem querit,  
 Lentusque pielis vinitatur in lectis.  
 Atque hos sequuntur certa sic opinantes  
 Interpolator, fusor, armiger, lixa  
 Cum poruatore, cumque nundinatore.

Insector

Insector atra purpura atq; diluta  
 Coccoque, molochinarioq; venetoq;  
 Quem Egnatius iam ineptus indicat gialdum.  
 Reliquit inter arua vomerem & cultrum  
 Domitor iuueni mugientis, & pulli  
 Qui iam parentum oblitus, ardet aequalem.  
 Aequae stupefcit crimen atq; miratur,  
 Leuidense quem amiscit Gallicæ togæ stamen,  
 Quiq; scurilato regmine, undulatioque,  
 Aut floridarum luce sericatarum  
 Non perferendo prode ambulans fistu,  
 Notat clientum absentiam saluantum.  
 Cui mascule segmenta fornicem testæ,  
 Emblematarum tessellulas notis iungunt.  
 Qui belluatis in tapetibus dormit,  
 Quibus fratillos vellit arcta volsella  
 Quos Chermestinus imbuens venenauit.  
 Cui Cilicia intextura depulit Caurum  
 Leuo restantem tempus axe substillum.  
 Aut Cyniphibus olentis institor texti,  
 Et penulatus cursor, & paludatus,  
 Et bardiacatus sole torrido sudans,  
 Conopeo qui rectus allicit somnum,  
 Testudinate a mulionibus iutus.  
 Qui capidulatus, quiue capite aperto sit,  
 Qui cernuatus pauper aut regillatus,  
 Petasatus, & braccatus est, togatusque,  
 Et pilio contectus, & galeritus,  
 Discalciatus carbatinave munitus,  
 Aut carbara, aut perone, detrahitis caso  
 Quem Pruscus hirco, aut alce, caprea, dama,  
 Ceruo, inulo, & de pelle consuit cruda.

D d 4

Et Gallicis habenulis pedes nectens  
 V donec plantas, endromide fouens artus,  
 Et discolor pro larrunculo pugnans.  
 Periculosa qui alea diem perdit,  
 Vtq; otiose vniuat, tium perdit.  
 Et viuere ut dicatur, hoc idem perdit:  
 Vagam sonante tesseram alueo mutans,  
 Partim frivillo, partim eburnea turri:  
 Iratus atque insensus & die, & luci  
 Sub sole stertit, nocte lucubrat multa,  
 Non lucubrat, sed nocte conuomit sera,  
 Sera, creperaq; vltiraque, nullus in tota,  
 Nullus profecto nocte, sed die nullus.  
 Nisi faceffit cum negotium nobis,  
 Stratis relictis accubemus ut poio.  
 Nam tum locum vel obtinet trecentorum.  
 Solem ergo manantem ut semel saluauit,  
 Stragula petiuit obuoluuus, & fugit.  
 Omisit agros serus, & venit visum,  
 Quonam tropoꝛe aut schemate vnus orator  
 Ausit precari iudicem, ut reum absoluat.  
 Caprarius, opilio, agaso, equiso, lignator,  
 Peiorq; mulis multo vnicus centum  
 Quartarius, simiola, quadruplatores.  
 Idem veterino agens, quod ille, clamore.  
 Atræq; præses partiarius villa  
 Bubulcus, & subulcus, atque remulcus,  
 Et scrospascus porculator immundus,  
 Qui grunniuntum obefat os obeforum.  
 Hoc pollinis plus prodigit, quam arenarum  
 Duram iuuenens unguia ciens pugnam,  
 Vt pernione musteo graues gliscant

Frustraq; verpa fœtido saginati.  
 Hoc sine verpo. sine compari Hispano.  
 Verpo nihil nam distat ater Hispanus;  
 Nisi quantulum Mahometici luti admiscet.  
 Peiusculus aliquanto intus ut spectes  
 Arias nefandas, barbaras, perobscœnas,  
 Lenoniam, grassariam venenorum.  
 Prædixerant, nunc euenire prædicta  
 Gaudent, redicunt, gloriantur, & iactant  
 Inq; triuis, inq; angulis, foro, templo:  
 Sculnam recisa oblongiore cervice  
 Propendulum aure flabra ventilatura  
 Vates, aruspex, sideralis exactor,  
 Horoscoporum tractor aucupatorq;  
 Ariolus, extispex, magus, hypnicus, Sagus.  
 Et qui eruo cadauere e sepulcretis  
 Ferale murmur intonans quatit manus.  
 Agrippa lurchinator atq; latrator,  
 Insania efferatiore distentus,  
 Farraginosa qui strue libellorum  
 Turgens, Lauerna ex pessima est Lauernatum  
 Mungens paratus credere magicis nugis.  
 Iam publicatos scriba Flauius fastus  
 Auget curuli muneratus in sella  
 A ciuibus, queis edidit dies scripto.  
 Quos inuidentes Pontifexq; Flamenque  
 Poscentibus suppresserant: genus sic hoc  
 Nomen gulonis imperiosi auariq;  
 Liuoris insolentia prope equauit.  
 Olimque nuncque & peius in futurum esto.  
 Ergo illius pro regula artis indicit  
 Auctum diei nomen inclitum vnus



Que feriati dicimus necem Scribæ:  
 Nam reliqua cuncta festa sic reliquere.  
 Qui festa Consi, quique festa Saturni,  
 Boue huic nigro, illi coniugariis mulis  
 Aut pileatis fratibus, sororive,  
 Pro qua superba equata sit solo Troia:  
 Aut multinodi verbericrepe clauæ  
 Monstra parientis orbis, expiatrici.  
 Colit Quirini facta, facta Tutani.  
 Quique armilustrum buccinator indixit:  
 Qui Martis aras, feriasve stultorum  
 Domini meæ, que iam coluntur, æternum  
 Domi forisque mente que meæ fidunt.  
 Qui caniat ambaruale, compitale audit:  
 Qui blanda Floræ sacra concelebrarunt.  
 Natalis hæc lux suda Casari illuxit,  
 Qui lusit hos vindemias satur lusus,  
 Satur racemo coctili, satur rapo,  
 Satur vlpico profectili, satur porro,  
 Madensq; pro tropro dum famuli bibunt loram  
 Ruspatas otium negotio inuito.  
 Inuito, & exulantisbus procul curis,  
 Quas Struma nobis litibus facebat,  
 Minans probasse aut omnia, aut probaturum.  
 Ergo impedito ferreo columbari  
 Scriba repulso litium metu duro,  
 Mero iste feruens serio poetatur,  
 Nugatur, alitercatur, occidit, clamat,  
 Irascitur, nam hoc proprium sibi plaudit,  
 Peculiare, auitulum, paternillum.  
 Sibi quisque Rex est, quando tumet bilis:  
 Sic ille iugret millies die centum.

Sed

Sed citius atq; cynisca facta sedatur,  
 Præusque penæ desit, atque cœptassit.  
 Post hinc cachinnat, comminiscitur libros.  
 Qui profuerunt nec teruncium vati.  
 Nam barbarorum turba sic lucro addicta est  
 (Bono malove querentes eris pauper)  
 Vt præter ipsam nil pecuniam spirent.  
 Sic assolent laudare, diues est, ergo  
 Fortis, bonusque, strenuus res augenda.  
 Ast ille aceto lotus intimas aures  
 Et cordis aciem chalybe fulcus inuicta,  
 Cum nebula gemmam cruda vitis exorbet,  
 Aut grandinantur vineæ, aut segetes arent,  
 Aut scandulaca strangulantur, & nutant,  
 Aut perpluuntur hordearij culmi,  
 Flore ut caduco stipites colorentur,  
 Concisa iacet auara spes colonorum.  
 Stertit supinus, crastinum nihil curans,  
 In quem venire quis vadauerit vinum?  
 Quare eiulantis ista facta nequicquam  
 Ridet prophani contumaciam vulgi.  
 Miratur unde tanta Casarem impensa  
 Possit sequi. Pedisse quas, canes, Mannos,  
 Canterios, iumenta, plostra, vinierras.  
 Cuniculationibus recur samnes,  
 Aurum cubiculario indiium lecto,  
 Aulæa, guttum argenteum, salilla, orbes,  
 Nec permoueri calamitate, nec flere,  
 Nec vota facere seminalibus diuis,  
 Tum Libero, tum Libere, Mizeruæq;  
 Robigini, Foreq; tum Lucæ, & Linfæ:  
 Terra parenti, & coniugi Ioni patri,

Soli, Diana triplici, & bono Euentu.  
 Hominemne rere, tam nihil qui habet pensit  
 Sic murmurantem Myrtium, & Trifurcatum  
 Clamare Silphiumq; foeneratores,  
 Auduit, audiensque lene subrisit,  
 Illius ut mos candidissima est mentis,  
 Suspiriosum gestiens gregem audire.  
 Quo peius ergo monstra pessima hac urat,  
 Heroicum dieque nocteque ampullat.  
 Comœdiam confixit, & meruit hircum  
 Grace & Latine, & Pindari quatit turrim,  
 In qua ardua arcti granditas manet cantus.  
 Elegiacum componit emedullatum.  
 Verace Rallum fecit ore mentiri,  
 Epigramma cultum qui professus est nullum.  
 Tulitque punctum teste Lascari, & Bembo,  
 Ut nullus illi comparariet possit,  
 Inuentione, argutia, stili luce,  
 Quem dirigebat continente compage  
 Non anxium, natiaua sed politura.  
 Atque hinc solutus foenerariis libris  
 Pererrat uia compita, & sacras lamas,  
 Leuem Menalca fistulam boni tentans.  
 Post atra crudo cum recandui bilis,  
 Quatit sonantem Archilochio pede incudem.  
 Et quo palato sapiat hoc magis, miscet  
 Cum recto iambo semiambulium claudum,  
 Qui claudicantem fortius pedem figit,  
 Ut cornuatim hoc impetu petat Soulnam,  
 Pippunq; Eliphiumq; foeneratorem,  
 Longeq; pessimum omnium Trifurcatum.  
 Atq; hinc sodales rare praluens vitis,

Satur ipse domante audaciam meri lymphæ  
 In ambulacris, riuulos aqua propter,  
 Qua garrienti spuma ludit excursu,  
 Cudit furores, quos prius Tribas a Sappho,  
 Atq; hinc rigenti rupe nixus, atq; uno  
 Stans pede duentis flexibus irecentisq;  
 Ducit, reducit, erigit, premit, damnat,  
 Iugulat, probat, reponit, urget, inculcat.  
 Inducta replet, obliuit, notat, differt,  
 Farcit, refarcit, stipat, arcet, expungit  
 Caiullianis manibus faciat unum ut  
 Phalacium enervatulum, madens, laxum,  
 Hians, supinum, languidum, fluens, nequam,  
 Ipse ex oculatus, excor, excerebratus,  
 Quousne quisquam sanus, ac sua compos  
 Mentis relictis seruis, seuerisq;  
 Meas inani in otio legat nugas,  
 Infanior tanto ille, qui, ut legas, scribit.  
 Hieme bibulus, sicculosus æstate,  
 Potus, repotus, tertium quater potus  
 Primo & secundo vere. nam illud Aprilem  
 Dat, claudicantem hoc longa bruma Septembrem.  
 Sic semicocto pernitione distentus  
 Somniculosus molle carmen eruclat.  
 O sancta Flora turgida parens Terra,  
 Terra parentis Flora mater, & nutrita,  
 Cum gemma celi amore de libro erumpit,  
 Fauony complexibus tui gaudens,  
 Cum suscitato lucis aurea nixu  
 Oblita terra duritatis hibernæ,  
 Oblita paupertatis orbitatisque,  
 Qua mœsta suspirabat, & laborabat,

Ridente blando veris vidi vultu,  
 Viroris irritata se quoque irritat  
 Ad alma regna sæculi propaganda  
 Genitalibus primordiis replens orbem:  
 Serua poetam, quem extulisti in lucem  
 Tam luculento & florido die Aprilis,  
 Ne saeuenti occurrat impetus Strume.  
 Nam testibus probabit esse conscriptum  
 Totum huncce commentarium ab alio, quam ipso.  
 Nam sic Erasmus: idque mentiebatur,  
 Orationem, quam is dicauerat Marco,  
 Non esse factam a Cesare. ast eum stulte  
 Accommodasse nomen alteri scripto.  
 Pro quo poeta, qui antea perhumanus  
 Seni dicaci atque inuido pepercisset,  
 Veteri nouaque iniuria subiratus  
 Oratiuncula altera probe est vltus,  
 Facturus apologeticus idem, ac peius:  
 Nisi impudentem barbari premant linguam.  
 Sic nunc poeta diua Flora pro vestro  
 Ne Scriba surgat deprecatur, atque orat  
 Poeta biliosus, acer, argutus.  
 Quem si decora oratione prorites  
 Furno propinet, nauitæq; ridendum:  
 Noctu canendum aduorsioribus seris:  
 Ad incitas qui more bubali impellat:  
 Carbonibus depingat omnibus miris:  
 Portu, cloaca, porticu, lauacrina,  
 Portu, palaestra, ponte, fornice illusum.  
 Poeta vira lucida, ore lasciuo,  
 Poeta mendax, ebriosus, insanus,  
 Nudus, laciniatus, atque pannosus.

Nam talis ars nuuc pauculos alit. verum  
 Contempta præ lucrosioribus lucris  
 Hippocrateis atque Flauianæis  
 (Nam Flavius Iustinianus hæc scripsit,  
 Titulumque Gotthi glutinauit ad linguam,  
 Quæ Vandalumque Gotthicumque spiraret)  
 Vi ille qui Drungarius cupit dici,  
 Friget misella turba vel per æstatem,  
 Cum tinnit area ictibus flagellorum.  
 Friget fameique: sed tamen sitit raro.  
 Nam præuenire largioribus cuppis  
 Auium creare (ast mentiuntur: ast hoc est  
 Peculiare ac proprium poetarum.)  
 Apollinum plus mille, plus decem Musas,  
 Venerem canendi spiritumque diuinum.  
 Atque illo inani & oscitante, & arguto  
 Halatur ore crapula quadrinocturna.  
 Vi tres Auernos, quatuor Megerarum  
 Animas olentes sulphur, & picem, & fumum  
 Trium Mephitum, qualium latrinarium  
 Trium canum, triumque cunnilingorum  
 Incommodare naribus minus dicas.  
 Quin Luna cum collegio planetarum  
 Sese affuturam iudicem, & meram, & iustam.  
 Queis siderum caterna pulchra fixorum  
 Stipabit auri fulgidum latus puri.  
 Quin vnde Sol ingerrimis notis turget,  
 Quaque Astra celsi verticem terunt calis:  
 Et qua crocato fulgurat dies curru:  
 Et ubi serenum fluctibus caput condit  
 Solanus, Eurus, Cæcias, Libys, Cornus,  
 Fauonius, Septentrio, Auster, Altiannus,

Hinc pollicentur foetide notis aure  
 Seſe in remotas inſulas relaturus,  
 Vbi peierantes venilant Proamates,  
 Capite minutos in Garumniciſis furcis  
 Minutione hand Scauola, aut Cnei, aut Caij.  
 In nugilongis quæ reuoluntur libris,  
 Sed quam liberauit dextra ſpiculatoris.

Nefanda corruptoris acta miratur,  
 Qui merciumve virginumve corruptor,  
 Qui teſtumve, ut poſſit eſſe Strumalter.  
 Huic perſuaſum eſt proſuſ, & nihil peius.  
 Quam decurioni, & euocato, & adlecto  
 Fuerit iſ aſcriptiuus, aut ſtatim armatus,  
 Principibus, & rorariis, & haſtatis,  
 Et primpulo, & pulueri anecurſoris  
 Leuiſque celeri, immobili cataphraeto,  
 Et funditori glandium, & equitarquita,  
 Tum ſubſtituto troſſulo, & cooptrato,  
 Anteaambuloni, veliti, anteſignano,  
 Bonis Camillis, ſordidis Metelliſcis  
 Ala, maniplo, cochlea, globo, ſerra,  
 Cuneoq;, forſicig;, cornibus, fronti,  
 Cauda, umbilico, pleaſo, iugo, turri,  
 Denſe phalangi, vinea, ſynapiſmo,  
 Triariis, centurionibus diris,  
 Olim quibus Cedo alteram fuit nomen,  
 Verum mericuloſoribus vulpe,  
 Heu diſciplina militaris, antiſqua  
 In ganeam nunc aleamq;, mutata eſt.  
 Queis cuium cruore concalent dextera.  
 Cum faciale, cum caduceatore,  
 Patri patrato: ſeu ſilex manum complet

Sen Culcitilla, pendulumve climaclum.  
 Terram pererrat fama, peruolat calum;  
 Fatigat alii vaſta regna Neptumi.  
 Nam bruta pecora, garruleque aues omnes;  
 Quacunque noſtros amulantur accentus,  
 Linguamq;, lingua ductili probam ſingunt;  
 Sen pſittacus, ſeu pica, coruus, aut turdus,  
 Merulaq;, nigra, quæ oreo buxæo pippat;  
 Sturnusq;, teneras ſtreperus enecans aures.  
 Tum Martini picumnii, ut capuum nidum  
 In roboreis excacauit adrepens  
 Vagina omittens de plicatili linguam  
 Cantauit oſcen carmen impiis lauum  
 Effatus angur, curioſior templum  
 Suspendioſum adiudicat neci Scribam,  
 Neve impedire iudicem remores poſſint;  
 Sen ſint ſuperuaganeo leues tractu,  
 Sen ſubſtitutam præpetes humum radant;  
 Capite obuoluto damnet impium iudex.  
 Hæres hoc expedibit auguris Tagæ,  
 Cui quadriformis ſectio poli pareat.  
 Siniltima poſtica, dextima antiæ.  
 Iam cacabantes gaudio intimo ludunt;  
 Quæ lautiores experuntur ad lances:  
 Rubella perdix delicata, & aſtuta,  
 Et nigripes, quam Ethruſcus autumat Starnam:  
 Et quas niuales candidas alunt Alpes.  
 Et quam ſapore præditam minus firmo  
 Taurina gens vocare Galliam iuſſit.  
 Et delicatiore quæ valens ſucco  
 Maiore corpulentia Attagen præſto eſt  
 Oris prouincialibus Pyrenæis

Nomen minuitore deferens flexu.  
 Nam francolinum turba nuncupat vulgi.  
 Et quæ fluentis tistricis Saus & Drauc  
 Dponit æstum. Pannonies feri quondam  
 Dicunt coturnum. sola verò perdicum  
 Abit reditq; & mansuescit in teclis.  
 Ritu columbi pluma cui pedes vestit.  
 Scolopaxq; quam Franciloqua lingua Beccadam  
 Appellat: nam rostra nominat beccos.  
 Et comitali obnoxia coturnices,  
 Quibus beata vita sic fugam tollit,  
 Vt vita melior interim afferat mortem.  
 Et phasianæ lucidæ nocte nanque  
 Versicolor ultra terminos trahit caudam.  
 Ast ater alter vropigio curio  
 Segusianis montibus frequens præda.  
 Transferre prudens pedibus oua deprensa  
 Haud phasianus inre dicitur vulgo.  
 Quare bruantis Francus addidit nomen.  
 Est Tetrao, sed nominatus antiquis.

Idem canoris cantibus canunt lætæ,  
 Quæ pisculentis nidulantur in stagnis,  
 Herbilis anser, atque anas quiritatrix.  
 Qui corpus urinantium colymbarum  
 Suo emulantur corpore, at putris ligni  
 Ortum Crabanes Santones recognoscunt.

Quæcumque pictis aerem secat pennis  
 Magna & pusilla, & palmipes, & unguis,  
 Et solitaria, & coniuges & urbana,  
 Et rustica, & rapacibus lenes armis,  
 Lenes, grauesque, quas vocant coortales,  
 Salax marinus cum salace matrice,

Cum rusticellis Numidica Adrianisq;  
 Vulgaribusque iuncta Melica externa.  
 Pauusq; pauig, amulu, minus pictus,  
 Visendus orbe nuper e peregrino  
 Meleagris is puiatus e Clyti libris.

Et caniturillans, Dacnas, ac coronata,  
 Acri soporem morstuncula rumpens.  
 Et longicrures curricruribus iunctæ,  
 Pingues, macraq; & esculenta, & abiecta,  
 Qualis famelico sæta miluorum,  
 Cuius acui postriduus famem clangor,  
 Suique contemplator ardui casus  
 Colore vario pictus atq; epops florens.  
 Quem cultus asper rupis, & specus arre  
 Tegunt, malignus ast trahit dies victus.  
 Sic alites, sic oscinesque, neutraq;  
 Et improbata ad prisca sacra spithurnix.  
 Maleominata, cum silet siriges calum, &  
 Feralis alto culmine ac ruinoso  
 Serum recantat bubo carmen: at Scriba  
 Præsagens propendulum cibum coruis  
 Ergastulo indeq; indeque, mediastino,  
 Quis plus viarum cursitat recursatque,  
 Quam lubricæ Sicanici maris fluita,  
 Aut litis in Romæ rota procurator,  
 Quæ morte citius, quam pudore finitur.  
 Aut quam proteruus lue Struma vergebat  
 Seruo Penestæ, fernuloque Clarota,  
 Eilota, & Echinalota, & amphamosa  
 Seruoque heroque, libero atque liberto,  
 A pedibus atque serinitis, libellisque,  
 Tabulisque, sommentarijs, libris, armis,

*Stabulo, matula, rationibus, manu, punctis,  
 Nomenclatoriq; memoria miræ,  
 Hero hæsitanti, qui fodit latus furtim  
 Non Mithridati, aut Adrio atq; Lucullo.  
 Nomeng; farcit, unde factior est dictus  
 Vicario clauigerulo, Ariensiq;  
 Qui surripit demensa curia conferuis:  
 Diarijs depauperans herum falsis.  
 Atq; hoc, opinor, de scientia Struma.  
 Sic inquieta sordidus feræ lustris  
 Somniculosi tempore inuio gires,  
 Vigil lepus, dorcas fugax, celes ceruus,  
 Lalsiq; gratia breuis lactens.  
 Auden' Molossos, & Laonas hurrire?  
 Audisne Corfos & genus Lyciscarum?  
 Ricta ut reducto dentium minas nudant.  
 Rugit, cruentus, toruas, atq; hians pandit  
 Ora truculentus, seu suapte natura  
 Nil nisi profundas nouerit leo siluas,  
 Seu mansues horribilibus cicur plagis  
 Crespann minaci subdidit inbani Mauro.  
 Nunc ipse factus fortunæq; venator  
 Latet stupentemq; & sui Tigrim oblitam.  
 Prodit decoro lumine exerens cornu  
 Tornatili mucrone temperans flexum,  
 Intaminata virgini meræ parens,  
 Eiusque solutus in sinu capi tantum,  
 Ut persuasum est, unicornus. hic rarus  
 Apparet, atque rarius capitur nanq; est  
 Nil rarius videre virgine integra.  
 Tum barrienti semibelluæ vastæ  
 (Nam belluarum sola quid Deus sit, scit)*

*Inensus*

*Inensus hostis nascicornus, ac victor  
 Proboscidem nil dispari timens cornu  
 Pugnare vult, ita esse, quod velut credi.  
 Ab inquilino, & incola, & locatore  
 Et venditore, & coctione, & emptore  
 Calcario, archuectione & redemptore,  
 Aerisq; fabro, aurique fabro & argenti,  
 Qui plus die furatur unica solus,  
 Seu sacra tornat vasa, seu profanata,  
 Quam Cretici Danthriscus his bibat vini,  
 Fabroq; marmorario, & fabro ligni,  
 Qui, quod nihil furariet queunt, plorant.  
 Præter pusillas, & misellulas schiffas,  
 Fabroq; cementario, & fabro ferri,  
 Cui riuus alto proruens tubo præcep  
 Vasti tremendam mallei rotat molem.  
 Illum excitatum turbine, & rote nixu  
 Vrget voluta continente nutantem.  
 Ipse inquieta dente forcipis sudans  
 Vertit tenaci feruidam gemens massam,  
 Nil motus ignis fulgure atq; stricturis.  
 Propinqua vallis ictibus tremit crebris,  
 Cauisq; geminant horridum specus bombum.  
 Est ubi Mæsapus Paones humo tollit  
 Compascuo hirtos vertice dirimens Medos  
 Monapum incola, sed Graia terra Bonnasum  
 Vocat ferocem, at fulgido trucem aspectu,  
 Robusta tauri magnitudo, sed vasta  
 Eademq; facies, at iuba alta cervicis  
 Adusq; frontis horridos sinus vestit:  
 Et fluctuanti undatione crispatur,  
 Is ubi latrantum murmur, & graues ferro*

Lato sili ces pallidam fugam suadent:  
 Abit salutem queritans civo cursu.  
 Donec labore deprensus atque estu  
 Fœdum coactus eminus finum iactat.  
 Atque illico quod auugit cremans urit,  
 Ergo minatur, & minabitur peius,  
 Nisi cremetur Sculna, se crematurum.  
 Est in Gelonis pertinens Scythis tellus,  
 In qui Tarandus oritur, atque nutritur.  
 Is efferatus mansuescere ignorat.  
 Hunc non chamelæontis astus infamis,  
 Non polypi versutia arte mutandi  
 Vincat, sed & robusta vastitas terret  
 Venabulorum, & impetum, & seras plagas.  
 Qui si rogeur, Steilionis an crimen  
 Sit inuenire in scriptionibus Struma,  
 Fallaciosis atque identidem inuersis  
 Ad fulgidum auri fulgur, atque heri nutum  
 Neget referri, sed quod attinet falsis  
 Se dicit esse, premit ille sit, nullum.

Quin murmurantis incolam pecus Nerei  
 Persuasit alius rumor, & putam certo  
 Debere Scribam indice a malo absolui.  
 Gibba balena, turgida balænarum  
 Orca Britanno fluctuante victricis.  
 Delphingæ amator cantionis & lusus  
 Amico amicus, hostis hosti, amans nostri.  
 Si pingue spectes, aut sapore ducaris,  
 Et concolores rupibus, saburrisque  
 Cirris dolosi polypi anchoræ ritu  
 Salacioso, ac turbido in freto freti.  
 Et qui æstuosi per vada alta Benaci

Rimatur

Rimatur aurum lucidum, nitelamque,  
 Prolobum experita pendulum replens mica,  
 Princeps receptus adicialibus cœnis  
 Suffibulatis facta vota puluvis  
 Cum turba supplicationibus soluis,  
 Auri inde captor Carpio capit nomen.  
 Et quas inepti voce barbara Truitas  
 Nomen vetustum nominant relinquentes  
 Salar Garumna, cæteris aquis Turur  
 Notas fluertis aureas subalpinis  
 Ad sumptuosam principum gerit quadram,  
 Et lingulata, passeris que, rhombique  
 Comes sororque tum sapore tum lustris  
 Et scombrus, & lanetus, atque Elops ille,  
 Quem dat poeta missibus Palatinis.  
 At huic poeta, qui exarabat has nugas,  
 Nihil melius, quam Ponticus Piox notus.  
 Et scita multum Alausa ditibus mensis,  
 Quam Lacciam Romana nominat tellus.  
 Tu voce prisca clupeam recognoscis.  
 Et Sturio, quem musteum, ac iuencillum  
 Circumpadanus Adriensis, a gustu  
 Vult & sapore nominare Porcellam,  
 Verum triquetrus is Acipenser est prisca.  
 Et Salmo pictus aureis frequens guttis  
 Extrema continentis ambiens sera  
 Qua proditores peierant Proammates,  
 Nostrasque dedignatus ingredi ripas  
 Insuave salsi litoris vadum linguens  
 Aduersus obluetatur amne Garumna.  
 Et qui gregatim transfugit hiemem Thyminus  
 Alteroculus Propontidos vagus citius?

Ec 4

*V*bi genialis iura perficit lecti.  
*E*t papinianus Thyminus Abduanusque  
 Odore miro polypulo parum cedens.  
*T*um Santonum loligines cito & magnis  
 Cursu & itineribus sportula atque iumento  
 Parone, limreue fluitante subuectus,  
 Aut almadis, ut loquuntur Hispani,  
 Vltro nigrante in sanguine sui succum  
 Se aiunt daturas, condiantur ut recte,  
 Modo hippacantiem audiverint semel Scribam,  
 Suspendio vii manibus parentetur,  
 Cui denicales ferie frequentantur,  
 Dum euerriator debitas timet pœnas,  
 Ne subditus succedat, at prior vinat.

It omnium postrema nam videt fortem  
 Pyram apparari, concrematur ut Scriba.  
 Ast illico illa extabuit videns flammam.  
 Nam vel procul percoceta soluntur: linguens  
 Nil præter arida ordines aristarum,  
 Quam nesciunt Latio Apuam esse Naricam.

Tum si quis epulis elegantioribus cordi est  
 Syssitius, lauitiy, prytaneis  
 Apicianis seu Lucullianis, seu  
 Hortensij auratæve, siue murene  
 Omnes pacisci pro cibis volunt vitam,  
 Ut festa agantur nuncupata Strumana,  
 Seu missibus dapalibus struices fiant  
 Regi, corona triplici, imperatori  
 Seu capite census, proleceus accumbat,  
 Aut priuicensus pauper, aut duicensus  
 Volunt domari aut primula, aut aqua aut flammis  
 Apponeret lictoribus, licentique

Et

Et auctioris præsidii atque præconi,  
 Siue ille ad hastam siue comitium calat,  
 Et infuluis & siue infula sacris,  
 Atque decumanis victimariis crassis,  
 Seu vota concepere, supplicarumve  
 Ipsi, aut Amata virgo, virgove armata,  
 Aliave turba, qua feriens, agon dicit,  
 Quorum monachus successit in locum bardus  
 Hirco libidinosus pæcus Struma,  
 Salacior passerculus quatermille  
 Et plumbeus, nisi acer exacuat Bacchus,  
 Bacchus, Venusque ad bella noctis, & rixas.  
 Sepulchra fœda putide vetustatis  
 Libidinosæ sordis vltimi luxus,  
 Intus cloacæ, extrinsecus dealbata.  
 Quem vita, venter, somnus, aasa, & penis,  
 Aterque nasus a mero coloratus  
 Colore purpure excitat fauos putres.  
 Tene tutulatum munus, & sacrum regmen  
 Asciscere choro celitum Deorum, qui  
 Sis linea nullius, haud monogrammus,  
 Elucus umbræque & facere numerum natus.  
 Commerciij civilis Hetta, sed labes.  
 Supus, halapanta, erinnys, ac typhon lucis?  
 Aurone, ut ore a emicent tibi obrizo,  
 Vt pustulato tibi remidat argento  
 Abacus, pudica virgini recusatus,  
 Quo collocares matrimonio in dotero:  
 At nuptiali iunctione fraudata,  
 Quod noluit tibi obsequi obsecundare  
 Mœret relapsum atatulæ suæ florem.  
 Volunt & illis facere gratiam mensa



Cubiculario, ostiario, eunucho  
 Sive spado verus ille, sive Thladias,  
 Ientacularis que, pinxiturique,  
 Abstemiisque & sobrio ebriacisque,  
 Atque emiuendis dulciarius mœchis,  
 Nutricibus, pedi sequis, cimsioni,  
 Vesti spici, arculario, atque fulloni,  
 Scialagmio, & spinthere qui grauat riscum.

Venit in supremam Iuppiter poli sedem,  
 Vocat senatum. Calites sedent, insit.  
 Cauete Diui, ne quis audiat testes,  
 Ne detve testes, neve testibus credat.  
 Quos ad Dryphaeta Struma format orciuus.  
 Nanque in periculo maximo sumus, ne quis  
 Petitor ex Gigantibus iterum exurgat,  
 Vt quos nefando pralio nequiuerit,  
 Ex iure confertum manu petant calos.  
 Proin indices cum testibus recusentur,  
 Et nomen arbitri atque recuperatoris,  
 Triumuiratus, & decemuiratus, &  
 Centumuiratus, & mera potestatis,  
 Et mista, & aliud siquid e foro nomen  
 Corruptere ausus, de bonis triumphauit,  
 Cervice conuiente fronte perfrecta  
 Si viueret Busiris, aut ferus Sciron  
 Busiridis sectator, atque Scironis,  
 Quo nulla pestis vsquam fuit peior,  
 Si Geryon teterrimus reuiuiscat  
 Plus Hercule atque Theseo oderint Strumam:  
 Virtute Theseum atque Herculem, vitio Strumam.  
 Ergo recisum supplicis ruat collum,  
 Vox ut fluat, nec amplius reuertatur,

Vt peierare pessimus faciat lectos,  
 Frangatque mendax testium misellorum.  
 Ancone turpis guttur incita nodus  
 Via obseretur, qua fuere mentiti.  
 Dixit: Stygemque iurat infimam Ditis,  
 Totosque nuiu cardines quatit cali,  
 Tum fila Parca colligunt, legunt fata.  
 Morta est profata, sed profabitur peius.  
 Mortalibus nanque omnibus vetat credi.  
 Edicit, imperarg, ne pulet quisquam  
 Strumam nefandum posse iure iam absolui.  
 Quare hoc repente creditum est, receptumque  
 Et obstetrici, & lenule, & meretrici,  
 Seu desinit, sive incipit catullire  
 Sororiente primulum leui nisu,  
 Constantium, haud trementium, rotundarum  
 Et omphacino orbe musteo papillarum.  
 Aquariolus hanc sordidissimus Sculna  
 Olente schoeno delibutam, & infectam  
 Seruat minaci turbidam, ac feram vultu.  
 Dum incautam circumuenit vasse pubem  
 Balbutiens penulca, blanda, carissa.  
 Aetate sera at cereos facit tandem.  
 Sic prostituta putida, pudicaque,  
 Quarum pusilla ac pauper est cohors nobis.  
 Nam si qua siet, hoc puluere esse latamen  
 Decet, pudicas vt ferant agri nostri:  
 In queis nec vnam fœminam probam offendas.  
 Petunt catellas, lerias, peristroma,  
 Peritrachela, semicincla, focale,  
 Flabellulorum umbracula, & galericlos:  
 Et sumptuosas aureis pedibus Martis

Habent quid? esto mundus. hic placet. sane.  
 At at quid hoc? quid serici ligamenti  
 Spiras coaptare caligariis vinculis?  
 Quis tibi videbit ista, quisve tractabit?  
 Quis lynceato luminis citi fixu  
 Permissa viru menstruo penetrabit  
 Disrupta, trippunctaque vestium texta?  
 Nisi manus adultera ab manus comes.  
 Drusace ferrei oris impotentisque,  
 Inepte vocularie, aucupatorque,  
 Qui tot nefanda huic crimina pecori imponis,  
 Nec pace tua nec dixerim tuo bello,  
 Neque enim quid es tu, quidve non, mihi cura est,  
 Qui porcus es non mundus ex hara immunda:  
 Non istius farina tanta pistrilli est,  
 Ingenium inane adipate sic tuum crassum  
 Ad istud aspirare quis pueret posse,  
 Nisi is propinquo genio inanius te sit.  
 Drusace, nec Drusacy affecla centum  
 Quorum impudicos assuisse centones  
 Amica vero fama predicat tete,  
 Drusace, nec tu, nec Drusacy centum  
 Mille simam vel portiunculam probri  
 Attingere, ut vel somnio, potes estis.  
 Quare sapientes facile persuasere  
 Prestare Strumam centies pati, quam unam,  
 Bifori foriatam clune qua trahis pallam  
 Accersitorique, atque poculatori,  
 Atque strigilatori atque balneatori,  
 Prorario, helciariorum, gubernaculo  
 Portisculoque & remigum gregi duro,  
 Laboriosos quos alit dyspyriae.

At

At Callicuti regna si petunt nigri,  
 Igni retostas tercio dormant crustas  
 Lapidescere buccellas, & antygas cogunt  
 Cum vermibus, quas partiuntur ex aequo,  
 Queis vita restis, morsque, restis & cura,  
 Vt est futura pessimo omnium Struma,  
 Seu sit rudens, siue anchorarius funis,  
 Seu litorali in orbe, siue in aeterna:  
 Hoc fert, refertque fama, nec minus suadet  
 Tonforibus, cauponibus, perorigis,  
 Pravis, veneficisque pharmacocriptis,  
 Qui adulterina & falsa tanta supponunt:  
 Plus sanguisugis, qui pecuniam exorbent,  
 Et saepe late premium petunt mortis.  
 Ab ab pudenda turba frontis obscæne,  
 Ab impudico, & fœtido ore, & immundo.  
 Ignara rerum, ignara moris humani,  
 Iniurioso quæ viam facis leto:  
 Ditans profundi furna regna Plutonis.  
 Te Struma subitus infimæ sinum terra  
 Manent nefanda: lubricum tibi saxum  
 Et vultur, & fugacibus latex pomis  
 Parens iubensque destinatur, atque id quod  
 Rota volumen incitatur aeternum.  
 Crateres Aetna iam suos tibi pandit,  
 Vt excoquat, quod vita vestra decoxit,  
 Si vita sit dicenda, qua perit vita.  
 Audit recantans vallibus cauis Echo,  
 Imago vocis multiformis, & suavis  
 Furno, macello, curia, foro, templo,  
 Lippis videntibus, audientibus surdis,  
 Bonis, malis, imis, mediocribus, summis

Viniſque mortuiſque, tum leproſiſque  
 Atque hernioſiſ, atque Gallicarnoſiſ  
 Queiſ vita viuiſ nulla, mortuiſ nec morſ  
 (Nam viuiſ iſ, qui eſt mortuiſ, mori non quit,  
 Tantum exedente tabe, corpore exeo  
 Ulrix relicta eſt vera iurgiſ lingua,  
 Qua dura fata calium, & Deum incuſant)  
 Regi, corona triplici, imperatori,  
 Deis, Deabus, tum Deum, Dearumque,  
 Quirve axij: quirve Indigetes, Penateſve  
 Quibusve lucet Tbenſa more ſolenni,  
 Quirve Lemureſ, Nouenſileſve, Manesve,  
 Magniq, & imi, atq, medioxumi & ſummi,  
 Genialibuſque quatuor Deis priſciſ  
 Igni, atheri, aeri, mari, terra  
 Perinriorum & conditorum Strumam  
 V llo nequire iudice a bono abſoluſ.



IV L-



## IVLII CÆSARIS SCALI-

GERI HYMNI

IN

Deum patrem.

**P**Erpetuas rerum series, a scriptaque mundo  
 Fœdera, & aetheriſ orſætia ſigna manipliſ  
 Aggredior. Quid fata ferant, quibus igni-  
 bus hauſta

Concipiant humileſ celeſtia ſemina mentes:  
 Aeterni Genitoris opus. Iuuat ire per omnem  
 Naturam, veteresque Dei recludere leges.

Vos me ignur: tuque ante alioſ, cui limina Diuum  
 Celfa patent, celereſque vacant noto aethere nimbi,  
 Sancte Puer: cui fulmineo cita nubila curſu  
 Parent, & rapidiſ ſtatuumt veſtigia plantiſ:  
 Iam ſuper aeriam cognati luminis oram  
 Conſtituas: totoque ſeras me a carmina calo.

Iamprimum validiſ ſuſpenſam hanc, aſpice, clauſtriſ  
 Congeriem, piētamque oculiſ radiantibuſ Aethram,  
 Amique oceanique vias, terraeque labores  
 Perpetuo imperio nox intempeſta premebat.  
 Nam neque erant aſtrorum acieſ: neque candida nauſiſ  
 Nocte ſedens tacita paſcebat lumina Veſper.  
 Necdum etiam excierant hiemeſ fera murmura: neediſ  
 Dina, Deum ſanctæ que praſidet aurea luciſ.

Oceani fluvio vigiles perfusa lacertos  
Ibat in hibernas referens iuga fessa pruinas.

At pater omnipotens aeterno accinctus amore  
Multiplicem textum superi spatia aëria mundi,  
Sideraq; aduerso subterlabentia celo,  
Informemque globum condit telluris: & alta  
Aequora Phœbeis subsistere iussit habenis.

Hinc etiam immenso radiis excita profundo  
Protinus alma dies fugientibus incubat umbris  
Auricomi imperio Phœbi comes. Ille dierum  
Castigatque moras, breuia & compendia laxat.  
Ille fouet validis subeuntia semina caussis  
Largior, atque elementa modis inolentia miris,  
Secum aui momenta trahens, rerumque senectam.

Ac neque iam tetra Sortis caligine cæca  
Delentur facies: neque turbida lucis imago est:  
Alternoque meant cedentia tempora lapsu.  
Voluitur oceano calum: blandisque tenebris  
Defessi aspirant animi: solaque sub umbra  
Mista latent lata arcta virum, vistesque dolores.

At sopor interea nutantii corpore pronus  
- Detergit grauisbus mortalia pectora curis:  
Tum dirum insani Maris populatus anorem  
Afflat agens segnes animos, & inertia corda.  
Illum inuitantem ad miseranda obliuia vite  
Alium tepidis herentia corpora truncis,  
Hesterni memores auido sub dente pavoris  
Excepere fera faciles, seseque dedere.  
Nec minus inde abiens variis operosa periclis  
Aequora conciliat calo. latet abditâ turba  
Squamigeri gregis, & fruuntur felicibus horis.  
Protinus acrias animas, atque aliis aura

Semina, terrificosque alto ciet axe tumultus;  
Rore:que, pluuiasque, nives, canasque pruinas:  
Attonitasque cauo conuulsas turbine nubes  
Fulguribus crebris, & fulminis igne corusci  
Distulit. ac laceras calo disiecit aperto.

Tum vero teneri tepor, & clementia veris;  
Optatasque vices, ac limina ferulis anni  
Exerueret: hiemisque furor uasanus iniqua  
Increpuit cladem agricolis. ruit horridus imbres:  
Imber agens miseris gelidum pastoribus annum.  
Necnon & pecudes, necnon & turba volantium  
Cauibus hibernant tepidis, silet obruta dura  
Terra gelu: sudoque sonant Aquilone procella:  
Iam patris Oceani refluxis maria incita metis  
Composuit: guttisque undas inspergit amaris.  
Illam exultantem, ac sese in vada cæca trahentem;  
Rimantemque aditus, specubus compestcui imis,  
Telluris medio in gremio. dum feruidus ira  
Nitiitur egressus varios, terrasque fatigat:  
Speluncas, vitreosque lacus & rosida riuus  
Rura quatit: liquidisque gemunt singulibus antro.  
Saxa magis: quia saxa cauo latebrosa recessu  
Vrgentem inuitant laticem: quem vis vaga ponti  
Continuo premit accubitu, truditque ruentem.  
Tres adeo ingentes diuersis tractibus omnes  
In deuexa ruunt. ireis alto margine ripa  
Frenat aquas: stringitque citis vestigia lymphis.  
Ecce æstus domitor, terraque feracis alumnus  
Nilus adest: atque vst a extremi limina mundi  
Nostro admiranti Nereo canit ætus. at illi  
Assistunt pelagi Indigetes. stupet inscisa turba  
Aëria disjunctis fulgentia sidera terris.

Inuere a domiti non secius equore campi  
 Stagnanteis deducit aquas, & limite glauco  
 Informemq; animat limum, singulaq; sequentem.  
 Parie alia gelidus flauæ moderator arena,  
 Dissimulans solisq; obitum, lucemq; cadentem,  
 In latas Euxini furiosis cornibus Ister  
 Germanum euadit truculentum, Hunnumq; ferocem.

Nec minus aurifero sublustriis pumice Ganges  
 Exit: ubi teretes caelesti e semine rores  
 Haurit agris Aurora. Et quo te carmine dicam  
 Tibry pater? domito quem fama equauit Olympo.

Est locus Hesperia in magna, qua flexibus ingens  
 Mille fluentifono fluuios Padus excipit alueo:  
 Vorticibusque cauis celeres citius explicat orbes.  
 Sollicita hinc, atque hinc incerto fœdere moles  
 It calo, atque egre violentibus imperat undis.  
 Quid referam iuifesto turbatos agmine vulius?  
 Soluuntur tepidis canæ cum flatibus Alpes,  
 Imbrifer imbriferis cumq; Alpibus Apenninus:  
 Quam pecorig; sauisq; luem, quantum ille tyrannus  
 Det stragem? fuge torua citius fuge flumina pastor,  
 Tollentemq; minas, & cornua dira tumentem  
 Aggeribus preme perpetuis: ac pondere ripæ  
 Carpe vigil. Non ille cauis contentus auitis  
 Vicinas petet exuuias. stat Vesulus alte  
 Arduus: atque animos genitor despectat ouantis.

Solus, ab Arctois ubi Norica tunditur auris,  
 Regnata indignant seruire licentius unde,  
 Præcipites fumulum latices desleclit in æquor  
 Rex Athesis, rex olim Athesis: nunc torua minaci  
 Cornua turpe iugum fert detrectantia cursu.

Quid tumidi, & grauiiter spirantis copia, duri

Benaci

Benaci? ruet ille graues sub sidera fluctus  
 Ostentans scopulos, & tristibus igneus iris.  
 It vigil aspellans confusas mœstus arenas  
 Piscator: rupiq; leuem conterritus alnum  
 Credidit, aut siluis tuto subduxit opacis.

At pater Adriaci scopulo Neptunus ab alto  
 Effrenes undarum acies miratur, & imbreis  
 Fulmineos, actosq; animis in prælia Cauros,  
 Vastior: intumuitque nouo præcordia regno.  
 Qualis ab ætheria præpes louis armiger aula  
 Seu pavidum leporem, seu prouum in cornua ceruum  
 Despiciens, specula celex insidiatus ab alta,  
 Orbe datur breuiore, trahitq; in nubibus auras.  
 Ast illi caput, atque rotantia pectora circum  
 Funduntur pica ignauæ, corniq; sequaces,  
 Sollicitatq; uulturnq; gens improba odore.  
 Sic liquidum molitur iter: iunctisque quadrigis  
 Vadit: eo gradiente, metu maria alta tremiscunt:  
 Mœniaque, stabiliq; ingentes obijce turres  
 Nutant: & pecori stragem iuga celsa minantur.  
 Tum circum assultant: informia corpora cete.  
 Subsidunt acta in spumas, crispataque cedunt  
 Cærule: & obuersis stridunt uaga marmora sulcis.  
 Purpureis pastos algis aduuxerat Andis,  
 Benaci decus, Eridani flos, Mincias Andis,  
 Ore patrem referens, Nereida pectore matrem.  
 Glauca oculos, Hyali succo fucata capillos,  
 Læmothou, Rhoithiumque, Polychystumque, Haliuque.

Quos deprensa cauis pelagi sub coisibus imi  
 Cymothoe magno genitori effudit in auras.  
 Cum uultus, & colla iubis mentitus equinis,  
 Improbus hinnitus scopulos tentaret acuto.

Ff 2

Illi indignantes densos obstistere fluctus,  
 Frarum tumidos proflabant naribus ignes.  
 Acriaq; in numerum glomerata volumina crurum  
 Exinuant: cacag; euent aspergine calum,  
 Infrenes. curru absistunt a pectore montes,  
 Exultantq; vada: & latices miscentur amari.  
 Nec mora vocales cogit per carula fratres  
 Vcluole Tibicen aqua: cui flexa recurro  
 Turbine conchapiens rauco quatit aethera cantu.  
 Ergo omnes vitreis virides Tritones ab antris  
 Alta secant. cedunt fluctus: vndaque dehiscunt.  
 Pars erexerunt pinnas, aurasque morantes  
 Captant: & votis aspirant flabra secundis.  
 Aut solem glauca densis comextibus alga  
 Defendunt: bisidus trepidant freta feruida caudis:  
 Conuulsamque feris fugi occursumibus aquor.  
 At parte ex alia viridis echorus ordine longo  
 Nereidum comitatur ier: liquidisq; sub undis  
 Lubrica pellucet labenti pectora fluctu.  
 Exercent humeros alia: pars colla ferarum:  
 Nant alia. tremulis respondet plausibus ather.  
 Impexi fluitant crines, & in equore ludunt.  
 Ille etiam in latices proprium Telluris honorem,  
 Qua fuit Ionio metuendus sidere Nereus;  
 Euxinog; truci, instansq; truci Aegeo  
 Obstrepit: Illyriosq; sinu, Tyrrenhaq; late  
 Littora, Sardois Zephyrus qua frangitur Euris,  
 Accipit: & prisca noua constituit insula regnis.  
 Saevus enim rapida veniens vi pontus, ubi ingens  
 Irruit: vique fluor miscens procliuus arenas  
 Conclames impedit aquas: viq; impulit aquor:  
 Oppugnata diu, magno molimine saxa  
 Rupit: & undisono disclusa interluit aestu.

Haud aliter memorant, olim subeuntibus undis,  
 Trinacrium Ausonio disiectum limite montem.  
 Sic & inaequalem vario discrimine Macrum  
 Abscidit: & Tenedon Tencro de litore vellit.  
 Interea magno terra commota tridenti  
 Fundamenta quatit: totumque a sedibus orbem  
 Conuellit. trepidi rupes e culmine saxi  
 Dissiluerunt fugit vastis sub molibus aquor.  
 Intremittit ictus Athos, Lemniumque a vertice late  
 Excuit. Illa diu caeli per mane voluita  
 Cecae referi longo flammaram semina tractu.  
 Quinetiam horrifone subter caua turbidus Aetna  
 Virus mexhaustum spirantes dissipat ignes.  
 Tum sparsa abstulerunt secum Meligunida flamma.  
 Qua ferus Hippotades vasti sub rupibus antri  
 Ventorum imperia exercet: naut. eq; vaganti  
 Aeolios acies aperit Vulcanica campos.  
 Quid tibi commemorarem congestas faucibus oras,  
 Quas Ligeris, quas Nilus agit, Gangesque, Padusque,  
 Liuraque auriferis ditans anfractibus Indus?  
 Talia ab obiectu terra scinduntur inertis  
 Cornua magnanimo stagnantia gurgite Reni.  
 Vastus arundineo late qua cinctus amictu  
 Perg; truces populos, pacisque expertia regna,  
 Fertur ouans, Diuumque sibi deposcit honores.  
 Quamquam autem Hesperiusq; minis & toruus Eois,  
 Per varias hominum clades, metuendaque Fata  
 Finditur, & dubio sulcatur tramite pontus.  
 Hinc montana leni consurgens vertice pinus,  
 Hinc malefana abies, & veligera antenna  
 Irritant: tuncque caua luctantur in vnda.  
 Tiphys ubi edomito ridens ea Fata labore

Fluctibus in medijs animi vestigia fixit:  
Ausus inhumano pelagus decurrere calo,  
Audacesque aptare irabes, & fidere ventis.

Inde etiam imperijs, atq; artibus omnia miscunt.

Viscera scrutantur vasto telluris hiatus.  
Vulnificusque chalybs, aurique infesta metalla

Pallentis patuere. Alius perterritus imbri  
Frondentes stringens silvas, infensus iniquo

Molitur Borea surgentia robore tecta.

Aut subit ancipiti pendentia culmina toso.

Aggestum & vallum, summaque tuenda virum vi  
Mœnia succinctus populis descripsit arator.

Ergo ut precipites cactus dolor egit in iras,  
Aut amor, & rapidis illudens flamma medullis  
Persuasit telum omnigenum, rupesque reuulsas,  
Lignaue, carnificesque manus, ignemque sequacem:

It pedes: & rudibus prefixum hostile manipulis  
Ordinibus præluceat. At his nec densus acuti

Vulnus inest cunei, aut conferta ex more phalanges.

Pro se quisque graues animos, aut mollia corda

Aspirant, variasque acuunt in pectore flammas.

Post hinc sublimes in equis, & fulcibus acres

Corripuere aquilas in iura vocantia Martem.

Ac iam tum gladijs, iam fustibus horrida pubes

Emicat: & iussa glomerant certamina turma.

Iam lecta lucent acies: iam Marte calentes

Cædibus in medijs exultauere cohortes.

Degeneres animos insano cornua cantu

Succendunt: repetuntque effætos ara lacertos.

Hærent parietibus clypei, postesq; reflexi,

Rostroque barbaricis olim detracta carinis.

Ipsi autem gelida pernix venator in umbra,

Dum

Dum silet omnis ager placide, & nemora alta quiescunt,  
Excubat, ingentes cingens indagine salus.

Meniturque solum fouea, scrobibusque subactis  
Pallentes sternit frondes, carnamque palustrem.

Tum primum infornis vitulus meditatatus aratrum  
Mugit: & ruptis fugit præsepia vinculis.

Atque vigil sub luce noua, caloque recenti  
Captauit pauido fugientem e pectore somnum.

Nanque ubi terrigena sperant sædera regni  
Spirant pater: ut sacris consideret aruis:

Vipereo antiqui commento proditus hostis,  
Ab miser, immenso aeternum fraudatur amore.

Ergo agre sulci manibus crispantur: & uncis.  
Vnguibus, aut sudibus glebae truduuntur inertes.

Dein rastro, stinaeque rudi procliujs aratri  
Exercet duram matrem, collesque malignos.

Ipsa etiam infelix infecta hoc crimine proles,  
Infandum, æthero semper caritura recessu

Morborum genus omne subit, turpemque senectam,  
Bellaque, pauperiemque grauem, letique labores.

Magne pater, vident' ut retro porrectus ab antro  
Sedibus cæcæ placidis consortis Olympi,

Inuidus horrendo interitum minuetur hiatus?  
Hic te, ipsi quod in dederas, detrudere calo

Ausus, & indignans generis subeuntis honorem,  
Quod superest, opus ecce tuum teniabit' ut illi

In te non licuit, saltem in tua facta licebit?  
Huc igitur quis me reditus manet? aut quis acerbo

Eximet exilio? qua victima sancta piabit'  
O pietas, vera o pietas. Tui maxima vita

Munera qui dederas, Anguis præcepta superbo  
Integra restituas? labi permittis, & hostem

*Me fieri: ut Nati redimat me sanguis amicum?  
 Ergo ego, qui veteris nequicquam criminis heres  
 Mole noua repeto æternum reparabilis æuam,  
 Quem potius cecidisse velim? cui dicere laudes,  
 Ignigeno lucis non nota incensus amore?  
 Non mihi si ætheria insinuent sese omnia mentis  
 Semina: non si tota mihi sese ipsa recludant  
 Murmura linguarum: quæcunque liquentibus auris  
 Concipiunt variis faciles accentibus ortus:  
 Sim satis. Arctæ leues operum hæc elementa tuorum  
 Alludunt aditus. Te nec mortalis egestas,  
 Cælestisve caput felix opulentiæ regni.  
 Me tandem, ut curru Titan orientis anhelò  
 Cliuum habet: ut prono cecidit deuenus olympo:  
 Ingens raptat amor: figitque in sidera vultus.  
 In te habeo: donec sacro sub sanguine Nati  
 Mole noua repetam æternum reparabilis æuam.*

### In Deum filium Iesum Christum.

*Qui superas patrij mutasti luminis oras:  
 Sordibus ut miseri fieres obnoxius orbis:  
 O rerum decus, o mundi melioris origo,  
 Nate patris summi, summi Nate vnice patris:  
 Illa actus pietate, & eodem incensus amore,  
 Quo pro me caram voluisti effundere vitam,  
 Huc iterum descende: egræque illabere menti  
 Consolator, & a vero me tramite lapsam,  
 Errantemque etiam mordacibus exue culpis.  
 Vnde autem læta intrepida primordi a mentis  
 Obrutus infami squallentia pectora lætæ  
 Accipiam? O verum lumen de lumine, mortis  
 O mors præterita, o vita spes sola futura.*

Vnum

*Vnum ergo reliquum omnipotens oramus: & vnum  
 Spiramus. Da magne pater tibi posse placere.  
 Haud equidè hoc petere indigno scelere obrutus ausim.  
 At scelus ablutum puro qui sanguine deles,  
 Dignabis venia. Hoc patris est, hoc denique vestrum:  
 Quod nihilum, aut perus nihilo est scelus, addere vitæ.  
 O flammæ vapor immensus sine sordibus, o lux,  
 O ignis: non iste vorax: sed lumine vitæ  
 Cuncta fouens. cui frigus iners, cui frigoris auctor  
 Hostis atrox cessit fugiens malus. En ego purum  
 Olim opus: at nunc iam sceleris sub pondere seruum,  
 Heu hostemque etiam, ac contempta luce rebellem,  
 Inuitum, ingratumque, & me mihi crimine rapuum  
 Restituis veterique viæ, regnisque suis.  
 Tu quod non fueras, placito tibi tempore, factus,  
 Ut fierem quod eram? passus mea crimina, seruus  
 Ex domino ut serui excuterer fera vincula collo?  
 Non tibi iura loci gremio Telluris amata,  
 Non tegmen qui cuncta tegis. Quem culmina mundi  
 Alta canunt, stabulo posuisti vagire iuberis.  
 Hoc te adeo magni soboles operosa parentis  
 Occupat: & medius regnat fors improba causis.  
 Suget pardus ouem: proles truculenta leonis  
 Mugiet horrendum intrepidæ admixta iuuençis.  
 Sic tibi mole noua cæli fulgentior axis  
 Constituit, & magnis concors euoluitur astris.  
 Sic placitum Genitori, imo qui protinus orbe  
 Terrarum, faior alta sedens iuga torquet Olympi,  
 Sancta etiam Eois surgens Astrea maniplis  
 Ostentat læte populos, atque aurea regna,  
 Aurea perpetuam rerum spirantia pacem.  
 Reginamque Hecatem tenebrarum, anæq; silentis*



Conciliat. dabit ipsa novos ad scepra tumultus:  
 Aeternasque manu capies moderator habenas.  
 Sed fuge crudeles animos: fuge torua minas  
 Monstra viri. petet ille tuos furor improbus annos:  
 Spes matrum, ac regni excindet simul ille tyrannus:  
 Impiæque innocuo scædabit scepra cruore.

Quæ te terra puer profugum: quæ te tota, parenti  
 Parua manet: quæ terra sinu officiosa recondet?  
 Iam quæ fata poli dominus sperare iubebas,  
 Vix audent tutum indomito bene credere saltu.  
 Te niida cæli facula, te rosidas ether,  
 Te liquidi flevere dies, & conscia fati  
 Sidera: quæque vadis pinguescit putribus amnis,  
 Quæque patens siccis animosi fluctibus Euri  
 Exinnuat, torquetq; leues Aegyptus arenas:  
 Et vos palmifera saltus deflestis Idumes.  
 Ipse etiam, qui nunc lacrymis rigat ora nitens sol,  
 Morte tua insuetis mæstum caput occulet umbris.

Quem ne gemam? quid collacrymer? te funera passum,  
 Vt vitam des? an meipsum: qui vincula mortis  
 Necto iterum: quæ sancte tuus dissoluerit ortus?  
 Dulcis amor, dulcis pietas, dulcissima vita:  
 Qui mihi ad antiquum communis luminis haustum  
 Nature stupidas soluisti funere leges.

Ab durum, ab rigidum protentio stipite truncum.  
 Pandentemque sinus, orbemque in vota vocantem  
 Iam populo iam redde pio, iam redde precanti.

Aspice sanguineis rostantia pectora guttis:  
 Aspice humi stratam, celso te condat olympo.  
 Iniectus manibus laqueus tua vincula rupit.  
 Ipse reos qui soluisset, reus actus iniquo  
 Iudice, & immeritæ inssus expendere pœnas.

Me

Me me. adsum genus infelix. in me impia tela  
 Coniicite. En ego, qui veteris sum criminis heres.  
 Idem hæresque, idemque auctor, idem omnia: fige  
 En manus. ecce pedes: sceleratum, huc exige ferrum:  
 Hoc petite, hoc: vestri est. vestri hic stat summa triumpho.  
 Est satis, est mihi nunc animi, per mille pericla,  
 Mille neces, ac morte ipsa quod durius usquam est.  
 Dulcia mi expetere optatam per vulnera mortem:  
 Vulnera nostra tuos diros imitantia casus.  
 Aspice quo rerum traxit me dura iuuentus  
 Amentem, & stolidum ventosa gloria laudis:  
 Per validas acies, seuque incommoda Martis,  
 (Heu vigilata hiemes, noctesque sub Alpibus acta)  
 Fœdaruntq; mihi faciem, hauseruntque cruorem,  
 Qui tibi, quique tuas olim debetur ad aras.  
 Tu mihi, tu geminam duplici sub lumine vitam  
 Insinuas. tu sub renouato fœdere letum  
 Rursus sidereis faustis spirare maniplis.  
 Hanc tibi ego insonti seruata sanguine vitam  
 Hanc reddam pater: illa tua est. te flumen amoris,  
 Te fontem æternæque spei, pelagusque salutis,  
 Immensumque diem, atque immensum lumen ardebat.  
 Ah quoties animo subeunt tua vulnera sancto:  
 Tu toties miseri scelera obliuiscere monstri.  
 Nempe his me maculis tanto de vulnere sanguis  
 Proluat: aut frontem lacrymarum immitte precanti.  
 Fac me vniū e famulis: certum cui carpere pensum  
 Constitues: cœptoque operi insadare iubebis.  
 Fac me vniū e catulis, tenuis quibus ubere largo  
 De plenis epulis, miseris cibus educat annos.  
 Si noua supplicij horrendi trepidum urget imago:  
 Eheu quo te animo, quo vultu demoror? ergo

Qui mortem attulerim, vitam peto? pignora læsa,  
 Læsa fides: nec forma vsquam super vlla pericli est.  
 Quo fugiam? aut quibus in latebris mea terra venena  
 Abscondam miser? haud satis est terra, & marisque,  
 Quod capiat, & lævæ nefas. Quibus ignibus atris,  
 Aut quali mea supplicio commissa luantur?

Nate Deo, Deus ipse, prius quo nil fuit unquam,  
 Nil est, nil eris: omnigenum meta ultima rerum:  
 Quid mihi iam sine te vel dulce, vel utile? quo te  
 Quo sequar? aut qua nunc corpus, distentaque membra,  
 Et vultum illustum regio capiti? hoc mihi tandem,  
 Hoc reliquum est? ut te doleam non posse videre:  
 Atque frui dulci alloquio, & celestibus auris?  
 Qualis Threicia effugiens fata atra sagitta,  
 Cui virides saltem, & rosida gramina rivis  
 Excussitque animo catulum fuga dura: per altos  
 Illicet abripitur montibus, per inhospita saxa:  
 Exuperatque vias omnes: tum lucis campi  
 Nequicquam laticis querit miseranda liquorem.  
 Ah misera: ut semel expleris te munere lymphe:  
 At sities: ego non sitiam, mihi flumine vino  
 Fons scalet: æternique sitim domat agmine rivus.

Ergo etiam posuisti animam: quo tollere nostram  
 Velles depositam, deploratamque periculis?  
 Dic, ubi te posuere: at ego hinc celestia tollam  
 Pectora, liquentsque vngam luventia succo.  
 Dic, ubi te posuisti: at tu hinc mortalia tollas  
 Corpora, lævisque laues. sordentia culpis  
 Dic, ubi sis: quo te fugiam: cui robora veri  
 Intemperate manent relictæ: quem tartara regem,  
 Quem ventura tremunt scelerati incendia mundi.  
 Dic, ubi sis, ubi te queram: quem dulcis amor, quem

Suasit

Suasit amor dulcis pro me ipso effundere vitam.  
 Tu ne etiam inferni spoliasti lumina regni:  
 Ac rediens iterum nostris iam vesceris auris?  
 Siste Pater: sic ne ut seris accincta tenebris  
 Nox miserum involuat cæcis amplexibus orbem?  
 Siste gradum. te luce nequit nox vlla moranda  
 Officere: haud orbi, haud animis: quos lumine cassos  
 Illa ferox nequicquam operit sordentibus umbris.  
 Ah ne alibi serum hospitium tibi quære: sed intra,  
 Intra in nos Deus omnipotens. Nam si qua recepti  
 Mens præfaga boni miseris mortalibus vsquam est:  
 Tu Deus es: tu, præsentem quem querimus, ipse es.  
 Quonam abeas? fracti agnosco rata pignora panis.  
 O panis: cui nulla fames, nulla obsita leto  
 Obstrepit extremis veniens in rebus egestas.  
 Ecce ego, nulla mora est: eadem mox nocte remensa  
 Ocius ad fratres, & vatis mœnia regis.  
 Vidi egomet Dominum: hisce oculis, hisce auribus hausi  
 Viventem. Num mors potius est in semina vite?  
 Ille mihi, & Luca, & Cleopha, per lumina rerum,  
 Per veteres verborum acies, quas Spiritus alto  
 Communi patri atque ipsi, de fonte profudit,  
 Per se unum, ad se ipsum, sese duce vectus, inanes  
 Excussit tenebras. Hic me pater optime fessum  
 Deseris: & miserum medio in sermone relinquis?  
 Atqui olim mihi perpetuum comitantis honorem,  
 Aeternum latus, æterna vestigia vite  
 Pollicitus: fore non vlllo quem deseris auro.  
 Ergo etiam integro generis mortalis amore  
 Hic aderis. vita extremis obsessa tenebris  
 Te metuet, te quæret. Ego hic exuta periculis,  
 Erutaque infami lætabor sacula plantæ.

## In Deum Spiritum.

*Te quoq, nec geminum, nec ab uno ducte, sed unum  
Alme parens: ab utroque Deus, Deus vnus, & vnus  
Spiritus vnigeno qui concelebraris amore,  
Sancte cano. quanquam in nato, natique parente  
Semper eras, & semper eris. & vtrunque canentium  
Carmen obis: placidusque in pectore susus anhelas.  
Nam quid ego aut dixi, aut tacui, quod numine vestro  
Iam vacet? aut quenam laudum mihi contigit aura  
Quam non aut animo, aut numeris tecum ante peregiti?*

*Sic etiam aeterni complens promissa parentis,  
Post gemina mortis deuictum numen, & altis  
Monstri cariarei regna expoliata trophæis,  
Igneus auricomo commixtus turbine nimbus  
Increpuit. Tum arrecti animi, & vox faucibus hæsit.  
Quæis ego disiecto hic oculi mortalis amictu  
Haurio flammiferis crepitanter molibus axem?  
Palantesque polo faculas, & splendida lucis  
Agmina, fulguribus crebris, tonitruque corusco,  
Aduentante Deo? iam iam ut sese arduus infert?  
Dum pacata cohors animis sibi gaudia miscet  
Concilio in medio residens: certasque fouet spes:  
Ignigenas linguarum acies, sonitusque canoros*

*Excepere animis: aliusque repertere sedit  
Ardor, agens magnæ caelestia semina mentis.  
Ergo ille imperij aeterni ventura profatur  
Fata canens: aperitq, ænum: veteresque recludit  
Omnimodas rerum series, iam pontus, & ingens  
Ante oculos terra tractus, connexaque calis  
Templa patent: parietique nouis mens incuia regnis.  
Ille peregrinis laud vnquam cognitus oris*

Reddit

*Reddit habens varias omni discrimine voces.  
Audiu & sero impostus Tagus aurifer orbi:  
Et qui barbaricas medius secat Albis arenas,  
Indigena agnouit commercia dissita lingue.  
Quem Neper, quem Volga rigant, & inhospita Ponti  
Æquora, & egelidi stagnantia flumina Nili.  
Quaque noui vastus refluit Senega incola mundi.  
Quare etiam quondam rudis ad primordia lucis  
Alme parens, que tu de deas mihi munera, de me  
Hæc repetas: repetita feras: animiunque labantem  
Constitu: atque foue placidam sub pectore pacem.  
Alme parens fer opem: atque piis intende querelis.  
Siue inimicus atrox: seu me mihi dira cupido  
Abstulerit: si me abstulerit me dira cupido:  
Affer opem pius: ac miseris intende querelis.*

Natalia domini nostri Iesu Christi  
filij Dei viui.

Strophe.

*Vade taciti per amica celi  
Silentia silentia  
Regina nox: cui latera stipat aurea  
Immortale decus triplex.  
Tibi militat omnis hora mundi  
Æternas accincta faces.  
Tibi ridet hilarescens sinus atheris,  
Aliqeros igneus ostentans animos  
Patitur natura: suiq,  
Nescia fati,  
Mole noua premi stupet.*

Antistrophe.

*Siste medium per inane celi*

Rotas celeris ambitus  
 Optata nox: quam nitidus orbis arbiter  
 Luci prætulit ignea,  
 Dieique noua nitentis aura.  
 Antiqua qui iura necis  
 Pio sanguine neci dedere adortus est.  
 Tartareas fulgidus expugnans tenebras,  
 Veteris Natura elementa  
 Reddit, onustus  
 Exuuuis ouans nouis.

## Epodus.

Vigil anime, vigil: O  
 Nocturni pastorum cœtus  
 Peruigilum comes. qui me accentus  
 Animum ferit? mentem quatit?  
 Haurit cor? abit vigor. ut  
 Crebra ingruunt fulgura.  
 Puer vagit, & vagiens  
 Voce serenat florem cali. O  
 Secundis auspicia orsis. tener  
 Splendet steribus æther.  
 Quis me rapit? quis me trahit?  
 Quo sistes me ales o puer?

## Strophe secunda.

Turba superis inimica Diuis,  
 Scelestâ veturum nefas  
 Olim ausa: gaude tibi relata pignora,  
 Immortalia pignora  
 Quietis, bonaque expetita pacis:  
 Nullis post delenda dolis.  
 Ouis ne pete scatebras vitrei lacus.  
 Neve sum iam metuas. hic oceanus

Refugio de fonte recurrens  
 Afferet haustus  
 Ne clareo poli sinu.

## Strophe secunda.

Claudite Acherusia Diris ora  
 Inbiantis animas pias.  
 Cui præda noster misere sanguis extitit.  
 Fiet præda miserrima.  
 Necis nex venit improba proba. atra  
 Vite vita illustris erit.  
 Bis auctor generis huius fera vincula  
 Soluet amore incitus. ah clementem animum.  
 Onus hoc, quod fecimus, ipse  
 Pertulit. ut quod  
 Contra habuit bonum, daret.

## Epodos secunda.

Deus homo, & homo Deus:  
 Vnum sis, & nil mutaris:  
 Integer integro, toti totus,  
 Pius impio, ut fiam pius.  
 Tu, ut quod fueram, fierem:  
 Quod non reas, factus es:  
 Vt amitterem, quod eram,  
 Nil, quod eras, amisisti.  
 Dexter illuxeris, orbi nouo,  
 Ne permittite vagari  
 Priscam diutius luem.  
 Hoc, quod perdis, tuum fuit.



IVLII CÆSARIS SCA-  
LIGERI

De Regnorum euerfionibus.

**Q**uam credere fceptis: dubijs fidere regnis:  
Rerum stabiles quam liceat sistere vultus:  
Cū multa alias, in hac etia exēpla docebunt:  
Vt fceptum eat e fordibus, ex eoque fordes.

Iam tum nouitas perfpicua ipfa Lufitani:  
Cui principium fecerit inelctum puflillo  
Humilique, nota nullius, & nomine nullo  
Sarrana prius colluuius quod occupabat:

Quæ Alphonfi fuit anticus optimi triumphus.  
Hispania quā tota nobis regibus oria,  
Nedum effe noua dicitur. At i Francica virtus  
Superat memores temporis anfractibus annos.

At Aremorica: at Vafconie, Prouinciæq;  
Vbi fcepta? Vbi Norimanicus impetus tremenauit?  
Omnia abolita hac: meritoq; vnica corona  
Confuetudine, legeq; iufiore parent.

Qui nunc Suecix fcepta tenet, verendus  
Virtutibus est: at meritis nouis creatus:  
Postquam Dania fubruiit has opes tyrannus.

Porro ad Italiam nunc properemus impudicam:  
Quæ proftituit fe omnibus, vltionis aura,  
Aurove, quod est peius, & inuido furore.  
Hac vt fibi ne feruiat: exterifne feruiit?  
Iccirco vetera omnia mutata videmus:  
Exortaq; de fœnore, vel proditione

Tetra

Terra, capita, infanda. odium Deiq; & orbis.  
Vel fic Ligurum bellua, teterrima peftis  
Genua, parens, & alumna procax feditionum,  
Kento mor, fulmine tetrior ruene.

Cui: illa fides, religio nulla decori.  
Pulchra Hefperia gramina, dira lippitudo.  
Circum omnia rodens, data quādiu potēftas:  
Et quæ Thufca fuperbia iure arcet, & armis:  
Et quæ Infuber ater colit, & Corfica Cyrrus.  
Nunc turpe iugum tacito anguftatur honore.

Post inde Fluentina fibi diffita plebes  
In tot varij diffidij fpurca pericla,  
Flebit, Domini ftulta nouis vineta catenis.

Quis nescit item cetera? Placentia cui fteit?  
Cui Mantua pulfis repetenda Pafferinis?  
Heu gens, vbi Carraria: que Anticoris urbem  
Sacram moderabatur, auis fubdita noftris?

Ferraria magnis titulis feipfa iuetur,  
Ab Atefte Phryge condita regulo Ilienfe  
Non funt tamen hæc ftemmata, nunc quibus fuperbit?

Tot parturit, & tot parit illa, ducta calo  
Cali filia, ianua, fponfa, comminiftra,  
Numen Nemefis inuium mentibus caducis,  
Miracula terris. Humiles vidimus ipfi  
E colluuię, fordibus obfita triremi,  
Noftro fieri tempore Bariona tyrannos.

Qui de Ligurum portubus, hoftibus timendus,  
At ciuibus hoftis ferus, infeftus amicis,  
Piraticus exercuerat maris tumultus.

Cepas Genuam, atq; allia vexerat Saona  
Venum, puer: idem iuuenis latro fuperbus:  
Euectus ad id, quod triplici tumet corona:

Cum nulla sibi insignia de parente haberet:  
 Inde tulit: ubi iam dederat suam sororem  
 Nuptium. Reliqua attingere me vetat decorum.  
 Hi sunt: tumidi veterum qui pegmata regum  
 Spernunt, putridis mancipia eruta e fimeis:  
 Cathedraque sues, turgida hirundinesque Petri:  
 Qui de Christi viscere castella pararunt.  
 Nihil ut facere, & ut nihil esse, posse possent.  
 Nisi iurare per eam inertem nobilitatem.  
 Sic monstra nefanda, nefandis edita monstris:  
 Omnem sceleris que faciem exercet & ambit.  
 Et nos ferimus? nos patimur? nec execramur?  
 Quid? quid patimur? participes esse decorum est.  
 O Iupiter, & o Iouis Rhannusia virgo:  
 Non nunc quid, ego, quid reliqui vociferantur:  
 Verum ecclesia quid tua: quid tuus coheres:  
 Cuius spurius sacra nunc Ismael profanat.  
 Proles legitima hic, tibi mendicat egena.  
 E stercore Calliope hoc est tibi exeundum.  
 Nunc despiciamus, quot ab hinc tempore paucos  
 Sunt diruta regum, steterant que prius, arma.  
 Primo imperium sese orientis inclutum offert,  
 Quanti pelago sanguinis, aut quibus procellis  
 Euulsa cadunt, funditus eversa iacebunt.  
 Extorta Asia a principio est adusque Pontum,  
 Vaccaque fretum, Cimmericæ & lumina faucis.  
 Ipsum caput hinc imperij, Bulgaria omnis,  
 Omnis Thracia. Qua Macedum gloria claret.  
 Quondam horribilis Grecia, multisque timenda,  
 Modo cuncta timens, iacet Epirus inanis,  
 Mysi, Iazyges, Illyriique, Dalmatæque,  
 Et Servia cum Vualachia, Croatiæque.

Obsessa

Obsessa Rhodos, Dambusio tuente, frustra,  
 Et presidio Scaligeri optumi parentis,  
 Repetita ruit: segnis, dissiduisque  
 Nostris, dolor heu, prodita. Vastauimus illam  
 Non prohibendo lacrymabilem ruinam.  
 Hinc Hungarica funditus excisa potestas.  
 Seruit canibus Danubius, iubere suetus.  
 Tentata Vienna sacra pomeria magna,  
 Et capta: nisi presidio Deus fuisset.  
 Mortalibus illam manibus consiliis que  
 Seruata, etenim religio est mihi fateri.  
 Solisque minis Nauplium, & Epidauria rupes  
 Est dedita, muta prece, mutoque pauore.  
 Vbi te tacitam Leucas? ubi Eubora relinquo?  
 Quis me Cephalenus, vel ego quem Cephalenum  
 Consoler? ubi? quo reuocas o Mitylene?  
 Exaudio fletum: video: vulnera sicco,  
 Non lacrymas, iudicium o Dei supremi,  
 Sic nos ne lates? ut satius stare puenius  
 Fœdum Mahumeth, flamina quam tua salutis?  
 Me dedo. Habeo, quod volui. Nihil requiro  
 Tua sunt: tua sunt, que haud potes amittere, nec vis.  
 Electamus ad Aegyptia nunc praelia cursum.  
 Hinc Assyrius, hinc Syrus, hinc Arabs domatur.  
 Inde tepens Afer, inde rigeus Caucasus audit.  
 Hyrcana tremunt æquora. Precopenfis errat  
 Extra illa, sibi foderat que limina fosse:  
 Quo nomine vetera abolet nunc nomina Tauri.  
 Et nunc Tripolis diruta: captiuæque facta  
 Pene est Melite: facta cohors nisi obtinisset:  
 Flos Martis amœnis, fideique Christiana.  
 Restabat & id, quod faceret proteruora

Momenta poli, perpetuo inimica quietis,  
 Autorata malis, miseris sucta ruinis.  
 Ecce, ex suprema colluue Tingitana  
 Seruile trahens agmen ab intimis Seriffus  
 Quot erant, totidem euerit inaugurata regna.

Post tenera mea rudis elementa lucis,  
 Septem decies quæ subicere solis orbes:  
 Pene est renouata imperio occidentis ora.  
 Nam & Tarrarus in Sarmatiam vagus profundam  
 Irrupit, abiitque spoliis victor onustus.

Extremo redit aureus Hispanus ab orbe.  
 Toruumque minans pelagus, toruumque minatus,  
 Ridet, secat, urget, domat ille Lusitanus:  
 Qui primus in occiduo se aspexit Eoum.  
 Pro captu tamen omnia, pro reque ferenda hæc  
 Animo sapienti. Mibi quid cum equore & auro?  
 Terram, ac pelagus qui volet, age, age illius esto.  
 At: celi loca, patria sedesque quietis,  
 Mibi quis prohibet? Solus ego haud vocabor illud?  
 Imo vocabor: & aderit gratuita sedes.  
 Vt gratis bonus est, sine mercede pacifcens.  
 Miserere, potens misereri solus, & vnus.  
 Miserere pius: cetera me & doce profari.  
 Vt Scaligeris opibus quondam Itala virtus,  
 Et Germanica steterit glorie facultas.  
 Nunc ut familia regibus olim equiparata,  
 Et regibus orta, parens, auctor atque regum,  
 Misere iaceat terrico sordidata luctu.

Primum aspice: quo robore, quo fauore celi  
 A Scaligero est. Attila depulsus Alano:  
 Tum Carniola principe, totiusque tractus,  
 Qua Tirolia rigidis cervicibus Alpes,

Et Feltria canet borealibus pruinis.  
 Quando Hummus ab ignobilibus ruens Ingris,  
 Durus Venetum agrum est populatus vniuersum  
 Verona quibus tum vetus occidit ruinis.  
 Verum tamen corpora ciuium potentium  
 In valle Polyzelæque, Ananiaque,  
 Vrbi renouandæ, satiusque muniendæ  
 Pleno populi dogmate principem crearunt.  
 Theodoro pater erat hic, Theodoricus illi.  
 Quamquam ambigitur, filius an pater sit iste.  
 Nam Paulus virumque Amylius monet referri,  
 Deprompta libro: quem, ut retulit, fide vetusta,  
 Incude Latina, igne que, Noricum recoxit.  
 Nam Torellus omiserat ista Saraina,  
 Blondusque aliena ex aliis stamina texens:  
 Nacti carie monumenta exesa procaci.  
 Venalis item penna Sabellij latronis  
 Qui dat, adimitque, ut libitum, cuique quod vult.  
 Falsa qui rogatus, vndenam tot esset ausus:  
 Monstrans venetum perditus aureum nomisma:  
 Te, inquit, quoque lux hæc faceret loqui: si haberes.  
 Sic quidam mera monachus fœx cucullionum  
 Alberto cui pecori nomen est Leandro  
 In gratiam, opinor, eorum, quibus studebat:  
 Defecisse blait genus hoc Scaligerorum.  
 Cum multos alat etiam Germania, partim  
 Nostros patruales, alios minus propinquos,  
 In montibus ijs, Carnia queis urget: & il is  
 Queis gens Italos Norica determinat agros.  
 Iam cesset, rogo, qui timet in metu esse: nequis  
 Nostrum repetat militijs scepra vetusta,  
 Queis egre peregrina, precarioque nunt,

*Patet aura. humilem trahimus spiritum miselli:  
 Hoc quod sum, esse satis. satis illud est fuisse.  
 Hoc in senio, his articulis debilitatis,  
 Ad bella trahar: sapiens unde me recepi?  
 Defessus in ani, dubiaque opinionum  
 Et congerie, & murmure, mutuaque strage:  
 Cum Philosophi de nihilo usque velitantur:  
 In ruris amœni nemora, anguli beati  
 Abdo: sepelit mens tepido calore curas:  
 Fundens saturas otio ab imminente nugat:  
 Addens Anapestis metra Syzygi chorei.  
 Et Scaligeros sanguine comparem penates?  
 Me iam ad reliquum historie conuerto vetusta.*

*Est Dalmatia non noua ciuitas Salone:  
 Quam feruida successibus elata secundis  
 Bello ausa ferox Gotica tentare libido.  
 Ibi Mauri ius vi temerarius inuenta  
 Cecidit, pater e presidio euocans propinquo  
 Ortum ex minima filia Abellia Alaricum,  
 Et Scaligero Antenore, vicit acer hostes.  
 Mundus fuit in nomine filius Quirici.*

*Polonia, cui planicies nomina fecit,  
 Sub duce steterat nomine Zelio, priusquam  
 Acer regia stemmata Misca vindicaret.  
 Is Zelius Agnetem habuit piam sororem  
 Que Scaligero nupta ferociori Olao,  
 Et Nicoleon peperit cognomine fortem.  
 Desiderij qui ad vada fudit Adriana  
 Secus Eridanum exercitum. & extulit trophæum:  
 Huius soboles Marticola Albertus atroci  
 Horas animo interritus, infractus ad omnes,  
 Turmas, pedites, agmina Taxili ferocis*

Sistit

*Sistit, cohibet, præpedir: hætenus retardat,  
 Donec Carolus adueniens reapse Magnus  
 Palmam dubiam sustulit, ediditque certam:  
 Virtutis itaque impanida, atque amoris ergo,  
 Bæzanum imperij ex patrimonio vetusto,  
 Præter vetera stemmata, sibi iussit habere:  
 Verona ut hæc tempora præfixa videntur.  
 Hæc munera ita a principe prærogata Magno  
 Berengarius ut labefecit: hæud ita post  
 Ab Oihone fuerunt meliora restituta.  
 Desponsa Emero coniuge Saxone Emetildi.*

*Hinc Trebellius, Hungariae e sorore regis  
 Petri, est genitus: qua fuerat nomine Balda,  
 E Dalmatia Zolomeri huic filia regis  
 Nubit. patris hinc indole Cazimirus alia  
 (Nomen genuricis posuere scripta nullum)  
 Ansaldum, & Oihonem generat: deficit ille.  
 Hic quatuor illustribus, integerrimisque,  
 Specie, moribus, animo, liberis tremendus,  
 Christophoro, Clemente, Georgio, Marmo,  
 Vinxit stabili fœdere Noricum Bohemo.*

*Hinc Christophori soboles Nicolaus aliter,  
 Exemplar honoris genuit sibi Albericum  
 Ex eximia virgine, nobili, vetusta:  
 Que proxima consanguinitate Barbarussa,  
 Ioanna vocabatur, ab ultimis Sueuis.  
 Is fortiter vnus agens, tot rettulit armis  
 Belli premia, proposuit quat inter omnes  
 Certissima militia lima Barbarussa.*

*Multi interea belligeri extitere nostri:  
 Andrea, & Alexander, Adolphus & Philippus  
 Et Vuolphus, & insignis Amanilaus oris.*



Polacæ soboles genitricis Edimundæ.  
 Aliæ facie & robore visendus Achilles.  
 Qui Cocles vii, Sarmatici in ponte Tibisci,  
 Turmas Bulgariae repulit, distimuitque  
 Ad signa sui quoad iterum colligerent se:  
 Palante metu quos male dissiparat hostis.  
 Quos fama tamen immerito obscura recondit.  
 Nam traxit eos Italici gloria Martis  
 Retro, pectora barbarico illusa tumultu,  
 Infensaque magnopere Græculis superbis:  
 Byzantiacus quos Latia induxerat ora,  
 Hexarchi titulo, animis factisque tyrannos.  
 Alberti hinc duo, tresque Canes, duo Viselli:  
 Quorum alterum habebat sibi Castriotus omnium  
 Longe intimum in omni acie, atque expeditione.  
 Aliæ Basilio duce iussa Moscovitæ,  
 Et castra secutus Nouigrodia Livonum  
 Fregit populumque: & proceres reppulit armis.  
 Tum Bartholomæus Canis inclytum ex Bauari,  
 Vilelmmum habuit coniuge, prole Ludouici.  
 A quo Iouis ales sedet in vertice Scalæ:  
 Qualem imperij retinent insignia, totam.  
 Te Mastine canam, & duo sub nomine eodem,  
 Quorum puer vnus tener anteuertis annos.  
 Aliæ genuit consilij feri, ferocem,  
 Et barbarico in pectore spiritu Ioannem.  
 Similem hoc Phrygepani Mariæ, igneæ parentis.  
 Fœcundus huic sustulit exprobrationem  
 Morum uterus: ut illi legio Martia luxit,  
 Nazarias, Andree, Simon, Petrus, Ioannes,  
 Olaus, Americus. ab his plurima sese  
 Fundit natio. Christophorus maximus heros,

E Tirolis nuper ut optimas cohortes  
 Taurinum in agrum, qua sita Ceresolia vicus,  
 Duxit. Cecidit fortiter: hacque morte viuit.  
 Mastinus ab alia teneram arce Sitzenoffen  
 . . . em habuit, nomine reque Margaritam,  
 Ex qua filia nomine nascitur Beatrix,  
 Quæ propter honesti decus, atque lumen oris,  
 Regina vocata est. hanc varijs precis petitam  
 Dant mollia fata duci Barnabæ Insubrorum.  
 Hac quinque mares peperit, terque tres puellas.  
 Quarum talia nomina, fortunaque talis.  
 Natu placuit Viridem maximam vocare  
 Leupoldi ducis Austriae: & inclytæ Bauaræ,  
 Claram merito coniugio, meroque amore.  
 At fratribus, & principibus Vindelicorum,  
 Stephano Thadæa, Magdalena Friderico.  
 Frontemque Valentina operit corona Cypri.  
 Coniux etenim ducitur illa Federico.  
 Agnes facibus clara, canenda Mantuanis,  
 Franciscus fuit etenim Gonzagua maritus.  
 Vuirtembergia ducibus fratribus superbit.  
 Conrado soror vnaque, & vna Friderico:  
 Illi Antonia, at huic datus Angleria nuptum.  
 Angli soboles regia nobilis cluebat  
 Edemundus: huic Lucia particeps thori fit.  
 Catharina Ioannis Galeaccij Insubrorum  
 Fert ducis auspicio bono, & aucto nomine tedas.  
 Nanque illius e sanguine bona fata beato  
 Duxere Valentinam. ab ea lumina regum,  
 Et rerum exierunt: quibus ora tota pareti  
 Quæ Francigenis debita virtutibus, audet  
 Decus imperij ad alios promouere fines.

*Ex hoc tempus erit tibi descendere celo;  
Felicis memor Erato saculi prioris.*

*Nunc huius miseri pia bene conscia fati.*

*Quare hunc propius nostra referre non pigebit.*

*V uillelmum sobolem esse Canis Bartholomæi*

*Supra diximus, hic series redordienda est.*

*V uillelmo Bona Nicoleon parit. pium quem*

*Debere vocari iubet haud iniqua fama,*

*Sterlinia proles ducis. Hic dat Benedictum*

*Nullis animo regibus, actisque secundum.*

*Ex Bartholomæa genitum optima Ostericca*

*Leupoloi veteris ducis aurea pronepti.*

*Huc Titium parit, & cum cui dicat Apollo hæc*

*Libris eruta pluribus, & reddita fama:*

*Lodronia, flos muliebris splendor honoris,*

*Comit Paride fata vetere Berenica mater.*

*Hinc quatuor, acris totidem fulmina belli,*

*Dicam rapido numine, versibus canoris,*

*Fratres genitoris, sed eo ætate minores:*

*Quorum nomina: qua inuida nulla tollet ætas.*

*Bonifacius, & Hieronymus, atque Titus, atque*

*Franciscus, honor Martis, item regula pacis.*

*Ex quo satus est Marcus, ab aureo colore*

*Ruffinus erat dictus is: hoc nomine clarus,*

*At Scaligeri nomine, nec numine tutus.*

*Extincta cupit dum Venetus semina nostra,*

*Hunc Vincius aggressus in orbe Mantuana,*

*Notus publico nomine latro Martolossus,*

*Aliorumque duorum ope, Iannarijque,*

*Sicarius obruncat in intimo cubili*

*Ipsum. dolor heu, filiolos semisopitos*

*Ambos iugulant, Mauricumque, Iuliumque.*

Pro

*Pro quo a Veneto pramia rettulere nummos.*

*Ferrum hic. Regibus addita Cypris venena*

*Zacchi soboles Tuccius, illiusque frater,*

*Vbi nunc? vbi nunc estis? Vbi indoles serena:*

*Vbi tepida estis nostra vbi ius sodalitatibus?*

*Me victa, nitentis fuga saculi, senectus,*

*Quæsisse necem olim, modo sed timere mortem:*

*Fixisse novos terra Itiobrigum penates:*

*In spe dubia, dedecoris metus procacis;*

*Luces trahere immeritas: exprobrare possit.*

*Quamquam, ut diximus, & piget audire rapaces:*

*Montana etiam plurima nunc nostra propago*

*Regnat. mihi sunt quatuor: hæc gratia Dys est.*

*Nati, indole auita: meliore, quis scit? astro.*

*Quorum vnus, & alter poterit faber esse sui.*

*Si, qua hæctenus est barbara bacchata furore,*

*Fortuna resorbens restuum reducat æstum.*



VERSUS QVOS IVLIVS CÆ-  
SAR SCALIGER ANIMÆ SVÆ  
profecturę dixit.

*Egre dere, o miseris multum defuncta ruinis,  
Egre dere: & seruis serulia regna relinque.  
Aude, hostes, tenebris horrendi imponere finem  
Exilij, & patria speratas quarere sedes.  
Tristes exunia, falsęque incommoda lucis,  
Isthic nunc fera turba iace: nos libera cœli  
Pignora promisso iam iam potiemur olympo.  
Tu modo, nate Deo, rerum pia victima lesu,  
Aspice nos, qui cuncta animas: spes unica: mortem  
Exue morte noua, atque noua vita indue vitam.*

EIVSDEM SCALIGERI  
EPITAPHIVM A  
se compositum.

*Extulit Italia: eduxit Germania: Iulij  
Vltima Scaligeri funera Galus habet.  
Hinc Phœbi dotes, hinc duri robora Mariis  
Reddere non potuit nobiliore loco.*

SOPHO-



I V L I I  
Cæsaris Scaligeri

VIRI CLARISSIMI

POEMATA

in duas partes diuisa.

*Pleraque omnia in publicum iam primum prodeunt:  
reliqua vero quam ante emendatius edita sunt.*

SOPHOCLIS AIAX LORARIVS STYLO

Tragico à IOSEPHO SCALIGERO  
Iulij F. translatus.

*Eiusdem Epigrammata quadam, tum Græca tum Lati-  
na, cum quibusdam è Græco versis.*



Apud Petrum Santandreaum.

M. D. XCI.